DE DAEMONIACIS SEMLERIANIS

IN

DVABVS DISSERTATIONIBVS THEOLOGICIS

COMMENTATVR

D. IOANNES STEPH. MÜLLERVS.

FRANCOFVRTI et LIPSIAE

Apud THEODOR. VILHELM. ERN. GÜTHIVM.

cIↃ IↃ CC LXIII.

1763
Fs

A.253199

LECTORI.

Qui noſtras diſſertationes Anti-Semlerianas typis excuſſit, ille rogatus ſaepe atque a multis fuit, quorum lucrum eſt in libris emendis atque vendendis ſitum, vt, quemadmodum libelli atque tractatus, ſic noſtrae quoque diſſertationes inſcriberentur. Ni-

hil habebam, quod contra dicendum fuisſet, cum labor talis, ſuſcipiendus, ad me, tamquam auctorem harum diſſertationum, deferretur. Factum eſt igitur, quod multi volebant. Mutata eſt, vt vides, L. facies diſſertationum. Ien. Dab. XVIIII. Apr. A. R. S. MDCCLXIII.

D. IO. STEPH. MVLLER.

§. I.

SVB SVMMI NVMINIS AVSPICIIS

NOTIONEM

ΔAIMONIOY SIVE ΔAIMONOΣ

OLIM ET INPRIMIS

CHRISTI TEMPORE NON HOC INVOLVISSE VT ANIMA MORTVI DAEMON ESSE CREDERETVR EOSQVE HOMINES QVI DICVNT HABET ILLE DAEMONEM NON OPINATOS FVISSE ANIMAM MORTVI CVIVSDAM IMPEDIRE ET TVRBARE ANIMAM VIVENTIS RATIONALEM

IN

DISSERTATIONE THEOLOGICO-HERMENEVTICA

DEMONSTRAT

ET

PERMITTENTE THEOLOGORVM ORDINE SPECTABILI

PRAESIDE

VIRO MAXIME REVERENDO

IOANNE STEPHANO MVLLERO

SACR. SANCT. THEOLOG. LICENTIATO

PROFESSORE PHILOSOPHIAE PVBLICO SERENISSIMI PRINCIPIS SCHWARZBVRG. RVDOLST. IN SENATV SACRO ADSESSORE SOCIETATIS LATINAE QVAE IENAE FLORET COLLEGA HONORARIO

FAVTORE ET SVO PRAECEPTORE

AETERNVM COLENDO

DIE NOVEMBR. cIↃ IↃ CC LXI.

PVBLICE DEFENDET

IOANN. BVRCKHARD. CASPARI

MOENO-FRANCOFVRTANVS

SACR. SANCT. THEOL. CVLTOR.

IENAE LITTERIS MARGGRAFIANIS.

SACRI ROMANI IMPERII
INCLYTAE
AC LIBERAE REIPVBLICAE
FRANCOFVRTANAE AD MOENVM
SPLENDIDISSIMO AC AMPLISSIMO

SENATVI

VIRIS

GENEROSISSIMIS PERILLVSTRIBVS MAGNIFICIS EXCELLENTISSIMIS CONSVLTISSIMIS AMPLISSIMIS PRVDENTISSIMIS NOBILISSIMIS ET GRAVISSIMIS

DOMINIS

PRAETORI
CONSVLIBVS
SCABINIS
SYNDICIS
SENATORIBVS

ET

NOVEM EX IISDEM
SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS CONSILIARIIS ACTVALIBVS.

PROCERIBVS
MAECENATIBVS
ET
PATRIAE PATRIBVS
PIE AETERNVMQVE DEVENERANDIS

HANC
DISSERTATIONEM THEOLOGICO-HERMENEVTICAM
GRATISSIMAE DEVOTISSIMAEQVE MENTIS
PVBLICE TESTIFICANDAE GRATIA

D. D. D.

IOANNES BVRCKHARDVS CASPARI.

PROOEMIVM.

Bene, vt nobis videtur, et satis prudenter iam M. T. CICERO de rebus, ad auspicia diuina religionemque pertinentibus, praecepit, *Cum omnibus*, dicens, *a) in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est, tum in eo loco maxime, in quo iudicandum est, quantum auspiciis, rebusque diuinis, religionique tribuamus. Est enim periculum, ne, aut neglectis iis, impia fraude: aut, susceptis, anili superstitione obligemur.* Nec video, quominus fuerit cum veritate hocce effatum CICERONIS coniunctum: *Vt religio propaganda etiam est, quae est iuncta cum cognitione naturae: sic superstitionis stirpes omnes eiiciendae sunt. Instat enim et vrget, et, quocumque te verteris, persequitur, siue tu vatem, siue tu omen audieris, siue immolaris, siue auem adspexeris: si Chaldaeum, si haruspicem videris, si fulserit, si tonuerit: si tactum aliquid erit de coelo, si ostenti simile natum, factumque quippiam, quorum necesse est, plerumque aliquid eueniat: vt numquam liceat quieta mente consistere. b)* Laudem itaque omnem Vir Summe Venerabilis, SEMLERVS, decus

Scopus dissertationis, quam Venerabilis Semlerus de daemoniacis habuit, quidem est laudandus;

a) *Lib. I. de diuinat.*

b) Libr. II. *de Diu.*

Halenſium Theologorum, meretur, *in Diſſertatione Theologico-Hermeneutica*, nuper cum noſtris Theologis communicata, acute diligenterque quaerens, quid ſit *de Daemoniacis, quorum in Euangeliis fit mentio*, iudicandum? verensque, ne vel falſae rei, vel nondum ſatis cognitae, adſentiamur. In id autem omnino animum viresque Cel. Virum intendiſſe, tum ex multis teſtimoniis, quae potuiſſent adferri, adparet, tum id verba quoque ſequentia Theologi extra controuerſiam ponunt: *Cum vero mecum diligenter reputo, quantum vanorum terriculamentorum ab iſto loco, qui eſt daemoniacorum, fuerit ad nos vsque deriuatum, quantumque et ineptiarum et turpis inſaniae ad rem ipſam chriſtianam, a multis inde tamquam ſaluberrimus et Deo digniſſimus referatur fructus: facere non poſſum, quin, quantum quidem eius rei ratio a me intelligi poſſit, omnem impendam operam, vt vniuerſum iſtud argumentum hoc tempore noſtro excutiatur amplius; quo et vano metu vtrimque facilius liberemur, et beneficium ex iſto loco, ſi iure ſperare non poſſumus, inane atque anceps extorquere deſinamus.* c)

Sed vix ac ne vix quidem creditur, Cel. Semlerum illum obtinuiſſe.

Quo vero id ſucceſſu, atque rerum euentu ſit factum; an Vir Cel. vere ſic contra daemoniacos diſputauerit, vt hominum vulgarium opiniones ſint confutatae, quam ipſi daemoniaci ex noſtris euangeliis deleti: nec ſuo contra daemoniacos dicendi ſtudio, quicquid de angelis ſacra ſcriptura praecepit, videatur ille quodam modo labefactaſſe; de hoc nobiscum multos, credo, forte dubitaturos eſſe, quorum ſtudium atque diligentiam Cel. SEMLERVS ſuis, de daemoniacis erudite cogitatis, excitauit. Ne vero nimis arroganter videatur hocce a nobis eſſe pronuntiatum; expromam cauſſas, cur Vir Cel. viſus fuerit nobis daemoniacos quidem oratione reliquiſſe, re autem illos ſuſtuliſſe: nihil tam verens, quam ne futuri ſint plures, de daemoniacis Cel. SEMLERI idem ſentientes, noſtrisque cauſſis longe grauiores firmioresque atque doctiores proferentes, ex quibus illud, quod nos collegimus,

c) §. Diſſert. pag. 2.

mus, effici atque probari queat, Cel. Virum omnino de miraculis deque fide inconcussa detraxisse, qua Christo attribuuntur, credique ius et fas est ab omnibus, qui nomini Christi sunt addicti.

Grauitas huius dubitationis indicatur.

Scio, rem arduam nos adgredi atque perdifficilem. Didicimus iam apud CICERONEM: *Omnibus fere in rebus et maxime in physicis, quid non sit citius, quam quid sit dixerim.* d) Ipse nolo pro eo haberi, qui, quam personam recepit, eam ex omni parte queat ornare. Sint vires mei ingenii exiguae. Dabo, a tali doctrinae copia, aut subsidiorum apparatu non me instructum esse, qualem ex Viro Cel. hacce in re vidimus eminuisse. Lubenter atque vltro largior, me istis eruditis neque potuisse, neque vmquam voluisse accenseri, quos verba forsitan haecce Cel. Viri spectabant: *Quod si id meis precibus consequi possum, vt doctiores interpretes hanc caussam iam ipsi diligentius excutiant, meamque disputationem studiose examinent: videbor mihi non paruo beneficio, licet refellar, quod lubenti mihi eueniet, rem hermeneuticam, et eius vniuersum studium adfeciisse.* e) At pulcrum est, in magnis audere. Nec credo fore, vt offendatur quis nostris conatibus disputandi, quippe qui non tam refellendi cuius caussa, quam ea, quae minus intelligimus, requirendi ex Viro Cel. ea, quae dicta sunt a nobis, scribere volebamus. Non facile quidem refelli patiar in hacce caussa. Nam certa est mihi atque explorata sententia, quam a maioribus accepi, et quam de daemoniacis defendam contra Virum Celeberrimum. Attamen credo, Cel. Viro caussam dicendi aliquam de hac re oblatum iri nostra disputatione, qualem forte acumen Viri summaque ipsius eruditio postulabit et qualis et aetati nostrae erit apta, et auctoritati sat grauis talis viri, a quo doceri cupio meliora.

Vt status controuersiae formaretur,

Placet igitur, quoniam omnis disputatio de daemoniacis futura est, quos Cel. SEMLERVS in nostris euangeliis

d) Lib. I. De *Natur. Deor.* e) §. XIV. Dissert. pag. 49.

oſtendi 1.) occaſio harum et taliū de daemoniacis controuerſiarum potuiſſet.

liis vidit, ante definire, quid ſint Δαιμονιζομενοι, quos Auctor Cel. reliquit. Quod praetermitti in nulla debet diſputatione, quae de re aliqua ſuſcipitur a ratione, vt intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur. Sed iam, vt omni nos inuidia ſtatim et ab initio liberemus, non ponam in medio primam occaſionem, quae data eſt dicendi de daemonibus Cel. SEMLERO. Poteſt, ſi latuit atque occulta fuit cuiusdam litis cauſſa, fieri aliquando, vt, illa, cognita atque perſpecta, res ipſa, quae ad litem eſt vocata, in lucem proferatur. Cur enim nos iuberent philoſophi inquirere in cauſſas rerum, ſi nihil hoc ad ipſas res, quarum dicuntur cauſſae, faceret intelligendas? Sed ita res triſtis in memoria recenti eſt, atque cauſſa huius diſputationis in promptu, tamque conſpirans cum vetere atque iam ducta a primis euangeliorum temporibus, occaſione, veram de daemoniacis atque diuinam ſententiam contra inſultus aduerſariorum defendendi, vt nullum, crederem, theologum atque rerum diuiniorum gnarum, neque adeo phyſicum, atque philoſophum, qui non ſciret, exinde ſemper occaſionem enatam eſſe, de daemoniacis ſcribendi atque differendi: quod fuerint, qui de daemonibus iuſto plus ſtatuebant, cum alteros videbamus, qui dubitando atque negando peccabant. Fac vero, haec nos omnia fefelliſſe, fac, quosdam nihilominus eſſe, quos fugeret ille triſtis caſus, quo factum eſt aetate atque temporibus noſtris, vt quoque Vir Cel. ad daemones acceſſerit, deque ſpiritibus infeſtis quaedam fuerit commentatus: illos ad ephemerides *Erlangenſes*, quarum inſcriptio eſt: *Beyträge zu den Erlangiſchen gelehrten Anmerkungen*, *f*) ire iubemus, vbi nobis ex *Goettingenſibus g*) ephemeridibus totus caſus aperte, et vti ſe res habuit, narratur. Ipſe vero SEMLERVS Cel. de prima occaſione, quam ſibi ſumſit, contra daemoniacos euangelicos

f) *XXXV. Woche ad annum* 1760. *No. IV. pag.* 554 - 560.

g) 67. *Stück ad eund. ann.* 1760.

gelicos diſputandi, in *prooemio* egit, quod praepoſuit tractatui, qui: *Abfertigung der neuen Geiſter und alten Irrthümer in der Lohmanniſchen Begeiſterung zu Kemberg etc.* eſt inſcriptus.

Solent quoque Theologi in diſputationibus, quae via quadam et ratione habentur, res nouas atque veteres conferre, de quibus litigatur, ſi id agunt, vt, inter quos diſſeritur, conueniat, quid ſit id, de quo diſſeratur. Egregia res atque praeclara, firmata omnium philoſophorum conſenſu, ſimilibus ſimilia declarare, quaque ad rem quoque noſtram, quae in controuerſia eſt, proxime poſſimus accedere! ſi modo in noſtra poteſtate fuiſſet, reuocare mentem ab hisce Cel. atque nunc inter coelites triumphantis MOSHEMII cogitatis: *Ex quo fertilior in orbe Chriſtiano errorum ſeges efflorvit, ſtatim non defuerunt, qui dummodo exoſis veterum haereticorum nominibus abuterentur, ſatis ſeſe iam nouorum dogmatum auctores profligaſſe, crederent. Aptius nimirum nihil videbatur hominibus hisce, alienas ſententias debellaturis, quam tetram rerum iam olim damnatarum memoriam renouare et monſtra, dudum confecta, ab inferis rediiſſe, alios commonefacere. Nouerant enim ingenia mortalium, vel ad ipſum haereſeos, inſtauratae, nomen horrentium; nouerant, quam deteſtabiles vulgo noui veterum errorum vindices videri ſoleant: quocirca, nihil ab obterendos naſcentes errores fructuoſius fore, rati ſunt, quam ſi, rediiſſe in orbem, conquerentur, illos, quos maiorum dudum ſeuera pietas proſcripſiſſet. Vnde quaeſo tanta* SIMONIANORVM *b) multitudo primis rerum Chriſtianarum temporibus orta fuit, quum, paucis hanc ſectam placuiſſe, conſtet. Vnde ceterorum, qui vocantur, haereticorum numerus ad tantam molem excreuit? Cur ſagaciores monumentorum veterum perſcrutatores iniurias multis haereticorum*

2) *exhiberi ſimiles de daemoniacis cogitationes Semlerianis poſſent.*

b) MOSHEMII *de vno Simone mago* diſput. §. X. pag. 16. vbi, abuſos hocce nomine ad conflandum aliis inuidiam antiquos doctores fuiſſe, docetur.

coram illatas esse, confitentur? Equidem non postremam harum rerum causſam hanc fuisse, arbitror, quod noui errores, cum antiquis comparati, atque homines, inter se permixti, es iisdem vocabulis salutati sunt, quorum sententiae affines quodam modo erant. Neque vero priscis modo temporibus mos iste placuit, verum per longam annorum seriem propagatus, ipsam, quam nos nunc viuimus, aetatem etiam infecit. Nolo pluribus, quae iam succurrunt, exemplis fidem dictis adstruere. Sequutus eum quoque morem est vir doctissimus ARM. DE LA CHAPELLE *in controuersia illa, quam tractamus, vtpote qui non vltimum confutationis suae robur in comparatione systematis Matyani cum Arianorum et Sabellianorum sententiis posuit, immo* SERVETO *atque* TOLANDO *pestilentiorem esse auctorem eius, Tritheitam, Noetianum, Patripassianum, et quid non praeter ea? pronuntiauit. Nos, quod pace dicimus virorum doctissimorum, quorum eruditionem et merita ceteroquin veneramur, tametsi haud negemus, collationem veterum et nouarum sectarum et errorum nonnumquam vtilitatis aliquid adferre in disputationibus, plerumque tamen, quum id tantum agitur, vt veritas illustretur et defendatur, plus incommodi, quam vtilitatis adiunctum habere, opinamur. Principio quae faciliori negotio dirimi lites poterant, hac ratione protrahuntur et amplificantur. Nec enim amplius, si res ita instituatur, de sola dogmatum vel veritate, vel falsitate quaeritur, sed aliae simul nascuntur controuersiae historicae, valde implicatae et laboriosae. Veterum scilicet sectarum historia exploranda est, vehementer obscura et variis difficultatibus circumsepta, et quid commune habeant noui errores cum illis antiquis, cum cura diiudicandum est: quod non sine longo labore fit. Hoc deinde si quis labore feliciter defunctus sit, et, nouas sectas antiquis ex toto similes esse, ostenderit, nihil inde aut parum fructus capiet, ad errantis mentem sanandam, et alios contra vim erroris muniendos. Etenim quum veteres in aestimandis aliorum sententiis errare potuerint, nec semel errauerint, id nondum aliquem erroris conuincere poterit, quod idem*

illud

illud, quod ipſe pro vero ducit, antiquis quibusdam conciliis falſum viſum fuit. Pugnabit ille potius, ſi ingenio valeat, inſcitiam et inuidiam obſtitiſſe maioribus, ne veritatem perſpicerent, eosque ſanos et ſapientes fuiſſe, quibus notam illius haereſeos inuſſerint. Quanta haec nouarum turbarum materia, quae non poteſt non mentes hominum conturbare, atque ab eo, quod ſolum erat neceſſarium, ad res parum vtiles abducere? His accedit, quod veterum haereticorum nomina in conuitiis hodie et contumeliis ponuntur, isque verbi cauſſa, qui Tritheita aut Pelagianus, aut Sabellianus vocatur, eadem paene iniuria adficitur, qua is, qui monſtrum, portentum hominis, caudex, ſtipes, nebulo adpellatur. Atqui Seruator noſter, a Chriſtianorum diſputationibus omnem cauillandi libidinem abeſſe, vult: hominesque ſatis propter errores ſuos infelices nouis malis, ignominia et iniuriis, excipi, vetat i). His nos cauſſis inducimur, ne ſententias aduerſarii noſtri cum veterum erroribus nunc comparemus, nulli licet modum diſputandi praeſcribere velimus. Sitne Cl. MATY *Sabellianis, Tritheitis et aliis his deterioribus, nec ne, ſimilis, viderint alii: nos vnice ſacri codicis et ſanae rationis normam conſulemus, ne quid inuidiae veritatis cauſſam commaculet k).* Fac vero, nihilominus eſſe, qui ſimiles de daemoniacis ſententias, a Theologis profligatas, nec a SEMLERIANIS multum diſſidentes, deſiderent, illos, ſi etiam efficere velint pleniorem, quam ſibi poſſunt iam iam vindicare de hacce controuerſia, cognitionem, ad Summe Venerabil. WALCHIVM *l)* noſtrum, et immort. BVD.

i) Galat. VI, 1. 1 Cor. XI, 16. 2 Tim. II, 24. Legi etiam merentur MOSHEM. diſputatt. *de Theologo, non contentioſo*, in Syntagm. diſſ. ad *Sanct. diſcipl.* pertinentium.

k) in *modeſta inquiſit. in nouam dogmat. de S. S. Trinit. explicationem, quam vir Cel.* PAVL. MATT *propoſuit. Cap. III. §.* 1. *pag.* 78. - 81.

l) in *Tom. II. Bibliothec. Theol.* Cap. V. Sect. XVIIII. §. IIII. pag. 1050. 1056.

DEVM *m*), ad ZACHAR. GRAPIVM *n*), ABRAH. CALOVIVM *o*), SALOMON. DEYLINGIVM *p*), aliosque viros, de noſtra eccleſia meritiſſimos, hic mittam. Magnum ad hancce rem iſti omnes attulerunt adiumentum, vt, ſi quis *Acta Eruditorum Lipſienſia, idiomate German.* tradita *q*), iſtis addere velit, non modo, qui auctores in diſputando, ſed etiam, qui quaerunt momenta rationis, multum ego quidem arbitrer, illos et ad dicendum et ad diiudicandum adepturos eſſe.

Sed placet, nec verborum acerbitate tantummodo nominata, quibus vſus eſt Cel. Semlerus,

Nec locum mihi ſumam in ſcribenda hacce diſſertatione duritiem Celeb. SEMLERI et aſperitatem verborum diu et multum praefandi, quibus in noſtram de daemoniacis ſententiam ſanciuit. Acer eſt Vir Celeberr. diſputator. Leniori genere dicendi eoque paulo mitiori poterat diſputare. Vtar ipſis verbis Viri Celeb., quae hac et quidem in eadem cauſſa adhibuit: *Poterat paulo aequius pronuntiare.* Cum quibus enim ex Theologis Celeberr. SEMLERO certamen de *Obſeſſis* fuit, *illi*, ſi I. atque II. modo §.§. *Diſſertationis* conſulimus, *ad nos nil, niſi noua terriculamenta deriuant; ad ipſam vero rem Chriſtianam ineptias et turpem inſaniam tamquam ſaluberrimum et Deo digniſſimum fructum referunt, vltro et ſuperſtitioſe cum ineptis Iudaeis et Graecis olim magiſtris dominium augent atque proferunt, quod ius fas numquam fuit, ſacrae theologiae imagine abutuntur, ingentem rem atque inauditam defendunt, de qua tamen in ſacris litteris clarum documentum et aperta praeceptio Dei nullibi exſtet. Euehunt illi,* contra

m) in *Iſagoge Lib. I.* Cap. IIII. §. XXX. pag. 280 - 282. confer. Lib. II. Cap. VII. §. X. pag. 1394. et *inſtitut. Theol. dogm. Libr.* II. Cap. II. §. LV. pag. 452 - 454.

n) in *Syſtem. nouiſſ. controu.* Cap. III. Quaeſt. VIIII. pag. 80. etc.

o) in *Syſt. loc. Theol.* Tom. IIII. Art. I. Cap. III. pag. 347. etc.

p) in *Obſeruat. ſacris.* Part. I. Obſerv. XXVIII.

q) *im zweyhundert funf und dreiſſigſten Theil II. Stück*, vbi ex *Traite ſur les Demoniaques, don il eſt parle dans le Nouueau Teſtament*, ipſiſſima fere cogitata recenſentur, quae SEMLERO Cel. debemus.

contra quos militat Cel. SEMLERVS, *tales in ſacrae ſcripturae locum auguſtum incertas opinationes et concluſionum inſtabiles imagines, quibus Chriſtianorum omni ſemper cum piaculo ſubſit et pareat cognitio: profitentur, ſe cauſſam quidem religionis adiuuare; ſed ſuis in alios grauibus ſuſpicionibus* tales videntur modo Iudici noſtro duriori fieri auctores, *qui efficiunt, vt ſine inuidia atque infamia fere, accurate indolem daemoniacorum cognoſcere, et aequo tractare animo, vix liceat vlli eruditorum r).* Sed quoniam ex his omnibus talibusque longe pluribus ſententiis Cel. Viri, iuſto plus duris et grauibus, animus magis et ardor mentis ad religionem, quam ipſa res cognoſcitur, de qua inter nos contentio ſit futura; tranſeant cum ceteris, quae ad rem illuſtrandam, de qua diſputatur, ſolent adhiberi, hoc autem loco ſine inuidia vix proferri potuiſſent.

Scio enim neminem, cui, ſi rem per ſua conſectaria declarem, hoc noui quid atque inauditum videretur. Sed quot illorum forſitan eſſent et quanticumque, qui ſtatim atque ab initio grauitatem conſectariorum amplificarent, quae ex ſententia Viri Cel., duci poterant, quam de daemonibus tuetur; illorum auctoritas me ſaltem nunquam mouebit, vt, ante argumenta Viri Cel., quae debent atque poſſunt labefactari, omnium rerum illarum, ad noſtram religionem pertinentium, faciam mentionem, quae nobis videntur immutari, ſi in locum noſtrae atque communis theologorum ſententiae de daemoniacis ſubſtituantur Viri Cel. cogitata de obſeſſis.

nec habita ratione conſectariorum, quae duci ex doctrina Semleri poſſent,

Alia proſtant, atque ſunt talia atque haecce ab inuidia *s*) ſumta, documenta, quibus id, de quo futurus ſermo eſt nobis, intelligi ſatis atque concipi queat. Auctor Cel. futurae noſtrae diſputationi ipſe quam optime conſuluit.

Ipſum Virum Cel. conſulere, et, quomodo momenta futurae diſceptationis

r) pag. 2-4. *Diſſertat.*

s) Referri hoc ad argumenta, ab *inuidâ ducta*: hoc ex *Philoſophia rationali* ſiue *Log.* CHRIST. WOLFII Part. II. Sect. IV. cap. II. §. 1050. pag. 751, 752. clarum fit.

notarit, animaduertere. luit. Facile enim animo praeuidere futuros poterat, qui dissentirent. Vt itaque res, de qua quis posset dissentire, clarius intelligeretur, ipse ille ante finem, quem fecit, adhuc summam prodere dissertationis, et momenta futuri certaminis, quod praeuidebat, voluit notare.

Summa huius dissertationis, contra quam nos pugnabimus deinde, eo redit:

Quaestio de daemoniacis est, quod ad nos hodie attinet, problema hermeneuticum. Non desunt rationes, quibus aliquis moueatur ad eligendam sententiam plerisque omnibus communem; sed sunt etiam rationes, quae alicui persuadeant, non satis ad nos liquere. Illud effectum est, vt luculentius pateat, hanc vniuersam caussam daemoniacorum non pertinere ad summam et intimam christianae religionis rationem, adeoque bona et iusta conscientia posse de hac re sententiam contrariam et aduersam a Christianis teneri t).

Ergo momenta futurae refutationis ita bene poterat notare:

1) *Vt ostendatur ratio, vnde intelligatur, notionem* δαιμονιϱ, δαιμονος *inter Iudaeos et Graecos tempore Christi, non inuoluisse hoc, vt anima mortui daemon esse crederetur: eos homines, qui dicunt, habet ille daemonem, non opinatos fuisse, animam mortui cuiusdam impedire et turbare animam viuentis rationalem.* 2) *Indicetur scripturae sacrae auctoritas certa, quae sermone Dei aut prophetae, aut Christi id eloquatur: ea, quae Iudaei illo tempore de diabolo et malis angelis solebant opinari, esse omnia vera, et homines omnes omni tempore, nisi Deum testem refugiant, debere adfirmare et sentire eadem omnia.* 3) *Doceatur, Deum aut Christum reuelasse ipsum, atque id necessarium fuisse ob consilium Dei, Euangelistis veritatem internam illorum euentuum, quibus solebant, omnes a Deo longissime remoti, homines ad corrumpendam et opprimendam bonam religionem, immiscere daemones.* 4) *Excutiatur haec caussa: Si numquam satis constat, Deum vllibi*

t) §. XIIII. Dissert. p. 48.

vllibi in ſcriptura ipſum adfirmaſſe, Diabolum aut ſpiritus malos reuera in homines viuentes κατ' ὑποστασιν *ingreſſos fuiſſe, ſicut nec ſcimus, angelum quemdam bonum alicubi id feciſſe, vnde tandem omnes fere tum homines certi fuerint de hac atrocitate? Si vero id ex iudicio et comparatione hominum ipſorum tum ita credi coepit, cum fuerit horum hominum inſignis ſegnities et ſuperſtitioſe opinandi in tempore* αγνοιας *conſuetudo, quidni liceat hominibus aliis, eodem iure vti, et ſententiam ferre, vtrum aliquis homo in ſe habeat ſubſtantiam ſpiritualem malignam u)?*

Verba ne turbaui quidem, quibus id eloqui Cel. Auctor volebat, ad quod lis omnis noſtra futura redit, vt metus inanium verborum omnis euaneſcat.

De quanam quaeſtione hac in diſſertatione ſermo inſtituendus?

Conſtituto itaque, quid et quale ſit id, de quo quaeratur, ſic agam, quantum nunc potero, vt placuit Cel. Viro: inſiſtam ſingulis in rebus, quas praeſcripſit nobis. Et quia Cel. Auctor non quid, ſed cur id ſentiatur? quaerit in hacce diſſertatione: ſic obſequar voluntati ipſius, vt rationes, quas tribus in prioribus momentis deſiderauit, conſtituto ordine tradam. Quibus perſpectis, et vltima cauſſa, quia priores ſupponit, abſoluta atque excuſſa erit. Sed nec ipſius diſceptationis grauitas, nec tempus iam permittit, quo incluſus ſum, vt omnia in hac atque in vnica diſſertatione momenta controuerſiae, antea notata, rite abſoluam. Quapropter nitar modo in praeſenti, vt primae quaeſtioni, quam Auctor Cel. formauit, et quae eſt omnium reliquarum grauiſſima et quaſi fundamentum, ex parte ſatisfiat.

Quid

u) §. XIV. Diſſertat. pag. 50. 51. Vel legat Viri Celeb. *Abfertigung der neuen Geiſter und alten Irthümer in der Lohmanniſchen Begeiſterung zu Kemberg*, et quidem 27 et 28. §. qui id, quod de daemonibus Vir Cel. ſtatuit, idiomate forte Germanorum velit contemplari. Sunt enim §§. citati illi, de quibus Auctor in *praefatione* et quidem pag. 38. dicebat: *Nachdem ich nun in der Bibel keinen Grund von des Teufels leiblicher Gewalt und von wirklicher Zauberey gefunden, und im 27. und 28. §. meine eigene Meinung recht deutlich geſagt habe, welche ich alſo allen Leſern recht ſehr anempfehle, etc.*

Finis praefationis.

Quid autem praeſtiterimus in re tam graui atque magnifica; aliorum ſit iudicium. Operam nos certe dabimus, quam poſſumus, maximam, vt nec circumſpecta dictis cautio abſit, nec alia, quam quae ad conuictionem faciunt, argumenta adhibeantur. Interim nos nosmet ipſi felices praedicabimus, quodſi id noſtris tantum conatibus conſequuti fuerimus, vt interpretes ſolidiores in cauſſam, quam defendi, iam diligenter et ſtudio inquirant. Et quemadmodum SEMLERVS Cel. videbatur ſibi non paruo beneficio, licet refelleretur, rem hermeneuticam et eius vniuerſum ſtudium adfeciſſe *x*); ſic quoque videbimur nobis ad rem, quam Chriſti adſeclae tuentur, non attuliſſe paruum adiumentum, ſi, excitatis aliis modo a nobis, Philoſophis, atque Theologis grauiſſimis, placuerit hancce, quam nos iam ſumus luſtraturi, ſcriptionem SEMLERIANAM ſtudioſius examinare. Fore id autem aliquando, atque futuros omnino eſſe, qui cauſſas roburque omne adhibent, quod poſtulat purior de daemoniacis doctrina Chriſtianorum; ad id nec vnica cauſſa, nec leuis, nos potuit adducere. Grauiſſimam vero ſperandi cauſſam nobis ſuppeditabant haecce, licet de Ioue et diis immortalibus cogitata, Ciceronis: *Quid enim poteſt eſſe tam apertum tamque perſpicuum, cum coelum ſuſpeximus coeleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod numen praeſtantiſſimae mentis, quo haec regantur? Quodni ita eſſet, qui potuiſſet aſſenſu omnium dicere* ENNIVS:

Adſpicite hoc ſublime candens, quem inuocant omnes Iouem;

Illum vero et Iouem et dominatorem rerum et omnia nutu regentem, et, vt idem ENNIVS,

patrem diuumque hominumque,

et praeſentem ac praepotentem Deum. Quod qui dubitat, haud ſane intelligo, cur non idem, ſol ſit, an nullus ſit, dubitare poſſit. Quid enim eſt hoc illo euidentius? Quod niſi cognitum comprehenſumque animis haberemus,

non

x) §. XIV. Diſſ. pag. 49.

non tam ſtabilis opinio permaneret, nec couſirmaretur diuturnitate temporis, nec vna cum ſaeculis aetatibusque hominum inueterare potuiſſet. Etenim videmus, ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuiſſe. Quis enim hypocentaurum fuiſſe, aut chimaeram putat? Quaeue anus tam excors inueniri poteſt, quae illa, quae quondam credebantur, apud inferos portenta extimeſcat? OPINIONVM enim COMMENTA DELET DIES: NATVRAE IVDICIA CONFIRMAT. Itaque et in noſtro populo, et in ceteris, Deorum cultus religionumque ſanctitates exiſtunt in dies maiores atque meliores y). Vt igitur reliquum nihil faciam eorum, quae tantae, quantam adgredior, rei praemitti debebant; obſecro ſupremum Numen, vt gratia ſua adſit nobis: oro, noſtrae religionis cuſtodes vt adſint, cognoſcant, et animaduertant, a cuius parte vere ſtet illa de daemoniacis ſententia, quam ſacra Chriſtianorum oracula inculcarunt? Nam maximum illorum eſt, non vagam atque errantem habere ſententiam de rebus, quae ad religionem atque ad cultum Dei verum referuntur. Tandem et rogo Auctorem, a quo diſſentio, vt meminerit, ſe et Theologum et SEMLERVM eſſe. Quod eo, credo, valebit, vt finem ſaltem non contemnat, quo ſint de daemoniacis conſilia omnia referenda. SEMLERVM enim cogitare, qui contra tam multos tantosque viros, tantaque ſaepe cum aſperitate dicere ſolet; et talem in illo ponere virum eruditum, qui recuſet, ſi alii forte diſſentiant in re quadam ab illo: quis hoc dabit? Theologum ſupponere; et ſimul tamen eum in illo velle fingere, qui id iam ferat animo iniquo, ſi quis contradicat non tam illius refellendi cauſſa, quam ea, quae minus intelligebat, ſciſcitandi: quanta iniuria!

§. I.

y) CIC. *de Nat. Deor.* Libr. II.



§. I.

Illud, de quo in hacce dissertatione praecipua sit controuersia, accuratius indicatur.

Dao, si *primam* spectes quaestionem, eamque sic, quemadmodum ab ipso suo Auctore est expressa, contempleris, in illa Auctor Cel. adsumit, quorum veritas desideratur. Vnum: *Notionem* δαιμονιϑ, δαιμονος, *hoc tantum inter Iudaeos et Graecos tempore Christi inuoluisse, vt anima mortui* δαιμων *esse crederetur: Eosque homines, qui dicunt, habet ille daemonem, opinatos fuisse, animam mortui cuiusdam impedire, et turbare animam viuentis rationalem.* Alterum: *Ergo etiam hermeneutice vera est haec notio, daemonem animam mortui esse: id vero, quod plerique Christiani statuunt, malos videlicet spiritus, qui numquam anima hominis fuerunt, turbasse daemoniacos, non est ex euangeliis deriuatum, seu hermeneutice verum, debetur opinioni, non vero ipsi Deo in scriptura, alicubi adfirmanti, adeoque nec dogmaticum dici debet* z). Quemadmodum vero prius, quod contra plurimos maximosque interpretes docuit Cel. SEMLERVS, nemo concedet, excitatum esse firmis fundamentis; sic, illo non admisso, inter nos etiam de hoc forte, et quidem in proxime futura dissertatione, certamen non paruum erit.

§. II.

z) §. XIV. Dissert. p. 50.

§. II.

Primum ita ſeſe habere, atque *daemones Chriſti tempore vere animas tantum demortuorum inuoluiſſe:* id Auct. Cel. multis conatus eſt documentis confirmare. Non improbo conatum, quo id interdum, atque ſi deſiſtamus ab hac inprimis notione, effici queat. *Nam ſaepe eſt interpretis eruditi, nominalibus vocum definitionibus, quas hodie adſciuimus, nihil tribuere, atque cauere, ne notiones noſtras mutuo veteribus demus, deinde ex notionibus illis de eorum ſermone iudicemus a).* *Saepe oportet veluti noſtrarum opinionum obliuiſci, et quaerere, quid veteres illi magiſtri ſenſerint, non quod ſentire debuiſſe nobis videntur, vt ſaperent b).* Saepe nos ſacrae ſcripturae explanatores in prima debent tempora mittere, vt noſtra potius ex fontibus hauriamus, quam adquieſcamus, ſi riuulos tantum conſectati ſumus. Falleris autem, ſi credas, talem nos premere neceſſitatem, ſi daemon id, quod numquam anima humana fuit, Theologis ſignificat. Nam tantum abeſt, vt apud iſtos veteres ſcriptores, ad quos nos Vir Cel. ire iuſſit, daemones morbi tantum atque demortuorum animae fuerint, vt talis veterum Scriptorum ſententia valuerit vulgata, qualem ſequuntur iam Chriſtiani, daemones rebus adnumerandos eſſe, quae morbus vel anima hominis numquam fuerunt.

Interpretis officium, quale SEMLERVS *Cel. voluit obſcruare?*

§. III.

Longa eſt oratio multaeque rationes, quibus doceri poſſit, notionem δαιμονίᾳ, quam Auctor Cel. attribuit veteribus, eam nihil habere, in quo tuto nitatur. Quum vero vitium maximum ſit in diſputando, praeterire rationes aduerſariorum; primum, quod nunc adgrediar, teſtes Viri Cel. erunt, daemones olim morbos ſiue animas mortuorum fuiſſe. Duplicis generis teſtes ſunt producti, quorum fides et

Rationes Cel. SEMLERI *dirimi debent, quibus ſuam notionem ſuperſtruxit.*

a) CHRISTOPH. WOLLII *Introduct. in Hermeneutic. Noui Foederis.* Cap. I. §. V. Regul. IV. p. 168.

b) IOANN. CLERICVS *in art. crit.* Part. II. Sect. II. Cap. II. §. 7. 8.

et certitudo res est, de qua nos vehementer dubitamus. Ipsos Iudaeos atque Graecos Scriptores, qui ante Christi tempora et paulo post vixerunt, testes constituit. Fuerunt etiam, qui hac de re in subsequentibus atque recentioribus temporibus sunt commentati. En primos testes, ipsos Iudaeos et Graecos, ad quos nos, tamquam ad fontes, misit! Quam leues sunt! Quanta falsitas in illis atque inconstantia deprehenditur, si, morbos olim daemones fuisse, vel animas mortuorum, istorum fide Auctor est innixus! Adspice secundos testes! Quanta suspicio est, in quam ceciderunt! Vt vix habeas, quo vertas te, si veriores et certiores quaeras, prioresne, an ad posteriores? Ne vero via ac ordo hic desideretur; *primo* contra illos *singulatim*, *deinde* quoque *generatim* animaduertam.

§. IIII.

Quapropter SEMLERVS *Cel. bene fecisset, si* 1.) *nos non ad scita Poetarum misisset.*

Primo, cur nos, si singulatim procedamus, ad scita et carmina poetarum misit? Cur ire nos ad HESIODOS iussit? Cur mentionem VIRGILII fecit? Cur testis Cel. Viro HOMERVS fuit: si, quid vocabula δαιμων, δαιμονιος atque δαιμονιζομενος olim atque inprimis *proprie* significauerint, ex suis quasi fontibus sit hauriendum: cum summus iam ARISTOTELES perspexit: ἀλλα πολλα ψευδονται ἀοιδοί c):

Cum tritum quasi atque prouerbium est:

Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit aequa potestas d):

Cum nullus vmquam poetarum fuit, qui rerum nomina non interdum permutauerit: cum indoles id iamiam atque natura poetarum exigit, vt, quod ab aliis *proprie* effertur, illud poetae *improprie* et tropis eloquantur: verbo, ipse SEMLERVS Cel. illorum scita *ludibria* vocauit. Fingat HESIODVS animas demortuorum, quae τοι μεν Δαιμονες εισι, Διος μεγαλϐ διὰ ϐϐλας - - - Φυλακες θνητων ανθρωπων, Οἱρα Φυλασσϐσιν τε δικας καὶ σχετλια εργα, - Ηερα εσσαμενοι, παντη Φοιτωντες ἐπ' αἱαν:

c) *Metaphys. Lib.* I. Cap. II. pag. 263. Tom. IV. Opp.

d) HORATIVS *de arte poetar.* vers. 9.

ἀιαν *e*) fictio id erat, et praeter eam nihil, apta tamen; in multis enim δαιμονες et animae humanae conueniunt: immo neceſſaria poetae, a caſtris Chriſtianorum alieno. Sume enim poetam: et tolle omnia figmenta; quid remanebit? Pone non Chriſtianum: *manere poſſe animam hominis poſt mortem*, hoc omne erit, ſi multum concedis, quod cum HESIODO ſperabit. *Vbi* ſint vero futurae, et *fata*, quaenam illorum? in hoc, quemadmodum reliqui, ſic etiam HESIODVS, a vera religione auerſus, coecutire *f*), et, ſi quid de daemonibus audiuerat, animas illis adſimilare poterat. *Sic*, inquit TVLLIVS *g*), *permanere animos, arbitramur conſenſu rationum omnium: qua in ſede maneant, qualesque ſint, ratione diſcendum eſt. Cuius ignoratio finxit inferos, easque formidines, quas tu contemnere non ſine cauſa videbare. In terram enim cadentibus corporibus, hisque humo tectis, ex quo dictum eſt humari, ſub terra cenſebant reliquam vitam agi mortuorum. Quam eorum opinionem magni errores conſequuti ſunt: quos auxerunt poëtae. Frequens enim conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculae et pueri, mouetur audiens tam grande carmen:*

Adſum, atque aduenio Acharonte, vix via alta atque ardua
Per ſpeluncas ſaxis ſtructas aſperis, pendentibus,
Maximis. Vbi rigida conſtat craſſa caligo inferum.

Tantumque valuit error, qui mihi quidem iam ſublatus videtur, vt corpora cremata cum ſcirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae ſine corporibus nec fieri poſſent nec intelligi. Animos enim per ſe ipſos viuentes non poterant mente complecti: formam aliquam figuramque quaerebant. Inde

e) §. IV. *Diſſert.* pag. 6. Num. 4.

f) Summe Venerab. WALCHIVS in *Lex. Philoſoph. Art.* Seelen Unſterblichkeit, pag. 2304. et Praeſid. Sittenlehre Jeſu. I. Th. 2. Abſch. 1. Cap. 2. Abh. §. 161. 163. pag. 146. 147.

g) *Quaeſt. Tuſcul. Lib. I.*

HOMERI *tota* Νεκυία: *inde ea, quam meus amicus* APPIVS νεκρομαντία *faciebat: inde in vicinia noſtra Auerni lacus.*

Vnde animae excitantur obſcura vmbra, aperto oſtio
Alti Acherontis, falſo ſanguine, imagines mortuorum.

Has tamen imagines loqui volunt, quod fieri nec ſine lingua, nec ſine palato, nec ſine faucium laterum, pulmonum vi et figura poteſt. Sumas itaque, hoc HESIODVM quoque feciſſe: quis inde, ipſos daemones HESIODO nil, niſi animas, concludet, demortuorum fuiſſe? In ipſa ſcriptura ſacra mentio των ισαγγελων eſt facta *h*): quis vero hacce hominum et angelorum collatione eo abutetur, vt, ſi ſermonem inueniat, de angelis inſtitutum eſſe a ſcriptura ſacra, illam, nunc credat, de hominibus tantum loquutam fuiſſe? Quale itaque erit beneficium, et quanto nos adiumento adficiet, ſi, quid δαιμονιζομενος veteribus poetis ſignificauerit, a Viro Cel. didicerimus? Quis propriam vocis ſignificationem atque impropriam permutabit? cum logici id iamiam nobis et primae lineae hermeneutices interdicant? Sed talem ſe omnino geſſit Cel. SEMLERVS, cum ad ſcita poetarum ibi recurrit, vbi, quid vere atque proprie quoddam vocabulum olim ſignificauerit, quaerebatur. Cuidam vero propriae atque verae notionis, quam δαιμων inuoluit, documenta promittere; et illis ſcita poetarum immiſcere: quis illa admittet? Cur SEMLERO Cel. non in mentem TERTVLLIANVS venit, obiiciens vel tum temporis poetis: *Quis non poeta dedecorator inuenitur Deorum i)?* Quum ſcita poetarum SEMLERVS Cel. citauit, valde optarem, vt recordatus eſſet, *quibus inuentis poetae ſtatum animarum poſt fata et apud inferos deprauauerint.*

h) Luc. XX. Cap. 36. verſ.

i) *aduerſ. gent.* Cap. XIV. Conf. BVDDEI diſſertat. Φιλοσοφος φιλομυθος, *hoc eſt, philoſophus fabularum amator, et Analect. hiſtor. phil.* pag. 45. ſeq. et *praefat. iisd. anal. praemiſſ.* pag. 14. ſeq. vbi plura hac de re dicta ſunt.

uerint k). Ergo dabo, animas humanas morbosque hominum vehementiores a poetis Chriſti tempore δαιμονας ſalutatos fuiſſe: more hoc poetarum eſt factum, id eſt, non certo atque proprio vocabulo, ſed propter quandam ſimilitudinem, quae inter animas humanas atque daemones intercedit, animas humanas et morbos grauiores poetae adpellarunt daemones: *Poetarum iſta ſunt*, CICERO iam olim atque in pari cauſſa reſpondebat: *nos autem philoſophi eſſe volumus, rerum auctores, non fabularum l)*. Et alio loco: *Videsne*, inquit, *poetae, quid mali adferant? Lamentantes inducunt doctiſſimos viros: molliunt animos noſtros: dulces ſunt: ad malam domeſticam diſciplinam vitamque vmbratilem et delicatam accedunt, neruos omnes virtutis elidunt m)*. Quodſi itaque poetae tantum producti fuiſſent, tunc AVCTOR Celeb. ne quidem effeciſſet *poſſibilitatem*, vt aiunt, illius notionis, quae in dubium vocatur. Ita nihil eſt totum illud argumentum, quod a poetis veterum ſumebatur, daemones olim animas, ſiue morbos grauiores fuiſſe! Ita vera quoque in hacce cauſſa verba TVLLII manebant: *Aut quid negotii eſt, haec poëtarum et pictorum portenta conuincere n)?* At quanta poteſtas atque vis erat, quam huic argumento Auctor attribuebat! Parum abfuit, quin ex ſolis hisce poetarum exemplis atque ſimilibus iamiam SEMLERVS Cel. illud effeciſſet, quod ſtatim et ab initio ſatis fidenter de Graecis dicebat: *Nam vulgata eſt*, inquit, *illa ſententia Graecorum, δαιμονας fuiſſe et dici homines mortuos; quorum, quae ſuperſit, pars non mortalis, corporeis quaſi vinculis et limitibus iam magis ſoluta et humanarum rerum nexu non exeat, et operandi facultate iam maiori gaudeat; intelligendi et ſciendi praecipue vſu polleat, qui ad humanas iuuandas, impediendasque res maxime ab illis transferatur. Bonos homines poſt mortem bonos δαιμονας, malos autem malos fieri, et*

k) MOSHEMIVS in notis ad CVDWORTH. *Syſt. intellect.* §. XXI. pag. 1046. ſeq.

l) *Lib. II. Tuſcul. Quaeſt.*

m) *Lib. III. de Nat. Deor.*

n) *Lib. I. Tuſc. Quaeſt.*

et beneficiis maleficiisque in alios viuentes Deorum iussu pergere o).

§. V.

2.) *Nulli oratores atque Moralistae erant in hacce caussa tanquam testes admittendi.*

Poetis, testibus in hacce caussa aegre ac difficulter admittendis, oratores et disciplinam moralem tradentes, proxime accedunt, ad quos SEMLERVS Cel. etiam prouocauit. Et horum est interdum, vt, relictis significationibus propriis verborum, ornamenta quaerant et σχηματα verborum. Nec exspectari ab his semper potest, vt res, quas tractant, suis certis et propriis vocabulis eloquantur. Ipsi SEMLERO Cel. debemus, *ludibria olim Poetarum ad mores hominum emendandos, ad nouum emolumentum* ηθικω *loco inde comparandum, atque ad* ηθικον *inter homines magis magisque prouehendum, translata, istisque hominum animos grauiter imbutos imo interdum impletos fuisse p*). Si oratores, atque quos dicunt, *profanos* moralistas supponas; quam quis non *aegritudinem* atque *insaniam* omnisque generis morbos alios legerit, quos illi, qui de moribus atque de vitae ratione praecipiunt, nostris animis attribuunt! Quam porro quis non *mentis medicinam* aliasque res longe plures viderit, de quibus in morum disciplina frequentissimus est atque saepissime vberrimus a propria verborum significatione omnique consuetudine sermo abhorrens *q*)! Si a profanis ad *sacros* oratores et quidem ad illos pergis, qui ex ecclesiae *patribus* disciplinam morum excoluerunt; quam saepe atque interdum etiam vehementer illos deprehendes, a propriis verborum significationibus discessisse! *Patrum*, inquit Beat. BVDDEVS, *seu veteris ecclesiae doctorum, eloquentiam, turgidam subinde tumidamque, et tum etiam, cum de argumentis diuinis, quae simplicem planamque orationem postulant, loquuntur*,

o) §. IV. pag. 5. Diss.

p) pag. 7. Dissert. SEML.

q) Legat, si quis exempla desideret, CICERON. Lib. III. *Tuscul. Quaest.*

quuntur, elatam nimis, figurisque et hyperbolis ſcatentem, a ſobria illa comtaque dicendi ratione, cuius in perſpicuitate, exactaque rerum explicatione, praecipua laus eſt, discedere; viris doctis iam pridem eſt obſeruatum. Accedit, et cum priori vitio coniunctum eſt, quod Sophiſtarum inſtar verborum lenociniis, argumentisque oratoriis, et ad fallendos incautos, aptis, fucum potius haud raro facere, quam claris, euidentibus, ſolidisque rationibus, quod dicunt, demonſtrare videantur — Plerique ex veteribus in exercendae eloquentiae argumentum moralem doctrinam excoluerunt r). Idem et pluribus comprobat IOANN. DALLAEVS *s*), qui ex inſtituto oſtendit, *non facile eſſe, patrum ſcripta intelligere, tum propter linguas et idiotismos, quibus vtuntur, tum propter rerum explicandarum variis rhetoricae et dialecticae artificiis obſcuratam et impeditam rationem, tum quod plerasque voces alio, quam qui nunc in vſu eſt, ſenſu vſurpent t).* Totas, ſcimus, familias ortas exinde eſſe, quod illi, qui de moribus egerunt, non propriis ſemper verbis, atque, vt conſuetudinis erat, vſi fuere. Nam quis eſt ille, qui de multiplici via et ratione, *myſtice* ac *apophtegmatice, parabolice* atque *paradigmatice* tradendi diſciplinam moralem nihil audiuerit? Adeat BVDDEVM *u*) et PASCHIVM *x*), qui id ignorat, quod omnes ſciunt, qui rerum atque artium ſunt periti. Et cui ignota *prouerbia* erunt, quibus id, ſaepe vidimus, inuolutum et quaſi implicatum eſſe, quod vitanda pariter atque facienda docebat? Legat ſacram ſcripturam noſtram, qui varia atque pulcherrima rei huius ſpecimina deſiderabit. Quem

r) in *Iſagoge Lib. II. Cap. III. §. IV. pag.* 551. *§. V. pag.* 636.

s) *de vſu patrum Lib. I. Cap. V. pag.* 120. *ſequent.*

t) Legenda inprimis, quae *pag.* 140. *ſeq.* hac de re DALLAEVS diſſerit. Iungendus vero IOANN. CLERICVS *art. crit. tom. I. part. II. Sect. I. Cap. XVI.* vbi hiſtoriam rhetoricae tradit, *pag.* 486. *ſeq.*

u) in *Iſagoge Lib. II. Cap. IV. §. II. pag.* 611. *ſeq.*

x) *de variis modis moralia tradendi.*

Quem ὑψηλα τα ὀρη fugiunt, quae ταις ελαφοις olim ab oratoribus incutiebantur: quem πετρα καταφυγη, quae τοις λαγωοις oſtendebatur? Quis ergo oratores, arbitros, in hacce cauſſa et teſtes, admittat? Aut quid valebit, ſi illi ad veram atque propriam vocis ſignificationem confirmandam producuntur, qui idem, quod poetae, conſequi dicendo volunt, animos noſtros molliunt, dulces eſſe volunt, prae ſe nonnumquam ſpeciem doctrinae maximan ferunt, inherere penitus in mentibus noſtris, et quae efficere adhuc plura cupiunt? At multi huc referri poſſunt illorum, quorum auctoritate vſus eſt Cel. SEMLERVS ad illam vim et poteſtatem confirmandam, quam verbis: δαιμων atque δαιμονιος non nobis modo, inuitis Theologis omnibus, vt nobis videtur, attribuit γ). Quid mirum itaque, ſi etiam ex hisce diſputatis colligam

γ) Ponam, quod monuit iam *Lud. Viues* ad AVGVST. *de ciuitate*: *Platonicos quosdam ſcriptores etiam adfectus daemones appellaſſe* (pag. 8. Diſſ. SEML.). Forte inde inualuit haec ſignificatio, quod plurimi illorum *parabolice* atque *myſtice* illud, quod verbis efferebant, eloquebantur. Vid. BVDDEVS in *Iſagog. Lib.* II. *Cap.* IV. §. VIII. pag. 674. EHREGOTT DANIEL COLBERGIVS *in dem hermetiſch-platoniſchen Chriſtenthum*, *Part.* I. *Cap.* I. §. XI. ſeq. pag. 47. ſeq. et FR. CHRIST. BVCHERVS *in Platone myſtico*, *in Pietiſta rediuiuo*, aliisque ſcriptis. *Impetus animi* igitur *vehemens* παραδειγματικως, vel etiam metonymice, ſicut effectus pro ſua ponitur cauſſa, δαιμων *dici poterat*. Dabo inter alia quoque CHRYSOSTOMO ſequentia verba: μεγας ὁ δαιμων η αμαρτια. Nihil nocebit, quum 1.) omnibus, qui noſtra legerint, notum ſit CHRYSOSTOMVM *oratorum non ſui modo, ſed ſequentium etiam ſaeculorum principem fuiſſe*. Quum 2) *eloquentia non alibi, quam in ea doctrinae parte, quae de vita recte inſtituenda praecipit, ampliorem campum inueniat, itaque aliter vix potuerit fieri, quam vt ſaepiſſime, quae ad moralem diſciplinam ſpectant, argumenta* CHRYSOSTOMVS *pertractaret, interque illos emineret, qui totam doctrinam moralem tantum in exercendae eloquentiae argumentum excolebant.* BVDDEVS *in Iſagoge Lib.* II. *Cap.* IV. §. V. *pag.* 632. *atque* 636. Quum 3.) CHRYSOSTOMVS *in tertia illa parte, in quam eam reliquis duabus ſuos ſermones plurimos diuiſit, et quae ſemper moralis ſeu ethica fuit, ſaepiſſime in paradoxis*

gam nouam cauſſam, cur teſtes SEMLERI Cel. veritate debita et fide, quae requiritur, ſint deſtituti!

D 2 §. VI.

doxis exſpatiatur. Vid. FRANC. SIXTVS *Senenſ.* in *Lib. IIII. Bibl. ſanct. Lib. IV.* pag. 318. atque HENR. IVL. SCHEVELIVS in *Bibliogr. mor. §.* CCLXIII. pag. 145. Quum 4.) etiam hocce Theologi ſummi atque conſummatiſſimi, erepti tamen nobis, Beati, inquam, IOAN. FRANCISC. BVDDEI iudicium de CHRYSOSTOMO legatur: *Multa* CHRYSOSTOMVS *in ſuis operibus recte et praeclare dixit, quod nemo temere diffitebitur; ſemper tamen meminiſſe oportet, eum, oratorem eſſe, adeoque nec in verbis, nec ſententiis vbique exactum. Nam ad demulcendas aures, ad concitandos in adfectum animos, magis, quam ad conuincendum intellectum, quam ad veritatem, aut* ακριβως *proponendam, aut rite demonſtrandam, iſtorum hominum ſermo comparatus eſſe ſolet. Hinc et, vt in iis, quae a* IOANN. BARBEYRACIO *ei obiiciuntur, diluendis, multum ponamus operae, neceſſe non eſt.* In *Loc. §.* et *Cap. citat.* pag. 633. Quum 5.) CHRYSOSTOMVS ab hocce, iam laudato, Viro beato, expreſſis verbis illis veteris eccleſiae doctoribus adnumeretur, in quibus *eloquentia turgida et tumida, elata nimis, figurisque et hyperbolis ſcatens oratio, argumenta oratoria, lenocinia* et eiusmodi plura deprehendantur. In *Libr.* II. *Cap.* III. §. IV. pag. 551. *Iſagog.* Vt illud iam omittam, quod 6.) legimus, a DIONYSIO PETAVIO de CHRYSOSTOMO eiusque eloquentia iudicatum fuiſſe. Nam, *multa ſunt,* inquit PETAVIVS, *a ſanctiſſimis patribus praeſertimque a* CHRYSOSTOMO *in homiliis adſperſa; quae ſi ad exactae veritatis regulam accommodare volueris, boni ſenſus inania videbuntur. Quippe declamatorio illo more ad imperitam fere multitudinem exaggerandi cauſſa, et ſubito quodam impetu dicendi, ac colore profuſa, feruntur plerumque licentius. Vnde ex aliorum comparatione locorum vel conciliorum potius, ac patrum, temperanda, et in gyrum veritatis reuocanda ſunt. In animaduerſion. ad* EPIPHANII *haereſin LIX. pag.* 244. Eſto tandem, CYRILLVM, *hieroſolym. catecheſ.* 16. 7. το πνευμα την αμαρτιαν vocaſſe: et quid SEMLERVS Cel. tum habebit? *Praeparare quidem ſuis in Catecheſibus* CYRILLVS *animos Catechumenorum volebat; copioſiori tamen ſermone, quam catechetica tractatio requirit,* CYRILLVS *vtitur; nec ſyſtematis plenam imaginem exhibet, cum nexus ac ordo ſyſtematicus in hisce catecheſibus non inueniatur.* = *Quod et ex ipſa libri prioris inſcriptione nonnulli concludere quodammodo voluerunt.* Eſt autem: Κατηχησις Φοτιζομενων εν Ἱεροσολυμοις σχεθιαθεισα: et *extemporaneos iſtos vere eſſe*

§. VI.

3.) SEMLERVS *in orbem suos testes, siue per mutuum circulum laudauit.*

Deinde nec ob hancce caussam a me impetrare potui, vt firma atque sancta putarem testimonia, quae dixit de daemonibus ex veterum aeque atque ex recentiorum mente Cel. Auctor. Pone, quemdam re vera quid dixisse de daemonibus, quod rei, quam defendit, conducebat: sume, quosdam ex testibus, productis, morbos vel animas δαιμονας vocasse; en laudes, quibus tunc illos adfecit! vt coelum, crederes, Auctorem Cel. suiscum petere voluisse. Fac autem, quosdam contra sensisse de daemonibus, illosque tam a mor-

esse sermones, hoc, inquit BVDDEVS, *facile cognosces. In Lib. IV. C. III. §.* VII. *pag.* 348. *Isagog.* Ne illud iam in medium producam, quod de CYRILLI *Catecheſibus* iam olim ANDREAS RIVETVS iudicauit. Nam CYRILLI, inquit, *catecheses ad illuminatos, ex variis scripturarum locis, quasi centones sunt consutae, et in rebus etiam non ita necessariis ad nauseam vsque prolixae.* In *Critic. sacr. Lib. III. cap. X. pag.* 292. Sed multum interdum interest, paullulum de iure suo cedere, si lis et controuersia est orta. Cedam ergo et contraham vela disputationis. Nihil nunc dicam de *figuris* et *hyperbolis*, de *variis verborum lenociniis*, *rhetoricaeque artificiis*, quibus vsi sunt saepe, instar *Sophistarum*, boni patres. Sanctiora et longe praeclariora exempla nunc concedam, quibus CYRILLVS atque CHRISOSTOMVS το πνευμα atque τον δαιμονα την αμαρτιαν vocarint. Dicam, CYRILLVM atque CHRYSOSTOMVM ipsum nostrum Saluatorem, *Matth.* 16, 13. aliosque viros, diuinitus adflatos, 2 *Samuel.* 19, 22. *Malach.* 2, 7. 3, 1. *Luc.* 7, 27. et ceteros, hac in caussa imitatos esse: et tamen vix credo atque persuadeo mihi, exemplis CYRILLI et CHRYSOSTOMI hic aliquid probari posse. Quemadmodum enim ex primis Theologorum compendiis iam iam patet, non proprium Theologos nostros et verum significatum vocabuli, *angelus* et *Satan*, in hisce atque pluribus sacrae scripturae effatis concedere solere; sic etiam et longe grauiora, quam CYRILLI atque CHRYSOSTOMI documenta erant, desiderabunt, quibus, quid δαιμονιος et δαιμων olim *vere* atque Scriptoribus proprie indicauerit, ipsis certum satis et clarum fiat. Conferatur Praesidis Sittenlehre Jesu, 2 Theil, 1. Cap. 1. Abhandl. §. 344-345. *pag.* 263. 264. vbi de hisce atque talibus similitudinibus pluribus, quae ab doctoribus morum mutuantur, fusius praecipitur: modus tenendus indicatur, et quid ad talia, ab ipsis Viris, inspiratis, adhibita exempla exculpanda proferri possit, accurate exhibetur.

a morbis, quam ab hominum animabus diſtinxiſſe: quam leues illi atque nunc parui fiunt, vt, nullos, fere crederes, vmquam fuiſſe *z*). Quem vero, ſi rem ſerio tractamus, et

z) Vt ordiar a primis teſtibus, quos elegit ſibi: ſupra Graecorum *poetae* grati Cel. Viro atque graues teſtes erant. Nunc *ſenſu arctiori* HOMERVS hocce vocabulum et *genere loquendi obſcura* vſurpat. *Illud*, cum daemones in Iouis honore atque ſocietate numerat: Δωματ' ἐς ἀιγιοχοιο Διος μετα Δαιμονας ἀλλϐς. *Hoc*, cum daemoni, auctori, morbum ingentem tribuit, atque dixerat: *in ipſum daemon infeſtus irruerat.* Antea ſcita Graecorum *poetarum* primo loco ponebantur. Nunc, qui illorum dogmata ad mores de daemonibus transfert cum PLATONE, ille videtur *ludibria* poetarum ad emendandos hominum mores transtuliſſe. Nunc *veterum philoſophorum modum loquendi neutiquam licet negligere.* Nam adferebatur hicce locus TERTVLLIANI: *Daemonium voces hominem, aut immunditia aut malitia, aut inſolentia aut quacumque macula.* Quondam vero THALES *incerto ſenſu*, mundum, dicebat, *daemoniis impletum* eſſe. Vt laudes iam ſilentio premam, quas Auctor videlicet in PLATONEM congeſſit. Non enim ſatis erat, PLATONEM *ſenſu ſiniſtro* Deum Δαιμονα μεγιϛον, et πραγματα ipſius δαιμονια dixiſſe; ſed ita PLATO etiam videtur Cel. SEMLERO *ludibria poetarum ad mores hominum emendandos transtuliſſe, vt, quantum noui emolumenti loco* ἠθικω *inde paruerit, tantum damni ſimul naturali rerum ſtudio intulerit, ſiquidem daemonum et magiae quaſi ſenſu animos hominum grauiter imbuiſſet, imo impleuiſſet.* Quodſi itaque vere erant nonnulli, qui PLATONEM, daemones ſeiungentem ab hominum animabus, ſequebantur; tunc ſtragem videres, quam noſter illorum fecit! Ad *vulgus* enim *imperitum* atque ad *penitus ignorantes* nunc, qui PLATONIS *decata* ſequebantur, illi pertinebant, atque, ſi credere SEMLERO Cel. ius et fas eſt, adeo tunc ſunt Platonici prouehendi, vt, *Gnoſticorum* et *Manichaeorum familiis* illos adnumerare, vix dubitare debeamus. Sed verte paginam 7. *diſſert.* SEMLERIANAE, in qua Platonici idiotae atque haeretici a Viro Cel. ſalutabantur: vide proxime ſequentem: lege, Platonicos quosdam ſcriptores *affectus* nunc *etiam daemones appellaſſe*: nihil in illis nunc corrupti, nihil ſuſpecti atque improbi deprehendens; veri nunc atque vocati teſtes habentur. Nam *inde* nunc *inualuit*, ſi voluit ſcilicet, *haec forte ſignificatio vocabuli noſtri, quod quidam mentem et animum noſtrum* δαιμονα *dixerunt*: nunc *certe alia vix poteſt ratio inueniri, cur* μανια, δαιμων, μαινεσθαι, κακοδαι-

et qualem haecce omnia taliaque longe plura, quae corradi potuissent, mouebunt? Verba vocabit, et praeter

κακοδαιμονας, *toties iungantur et componantur, nisi ad ipsius mentis, quae est sui sibi bene, male, conscia, conditionem et statum respiceretur.* Id, atque tantum valebat, quosdam Platonicos affectus daemones vocasse! Paucis lineis ante ARISTOTELES daemones tales nullos statuit, quales PLATO ab anima nostra humana distinguebat. Si vero post confundunt quidam ex Platonicis Scriptoribus animam humanam atque affectus cum daemonibus; tunc credidit ARISTOTELES tales δαιμονας, quales PLATO defendit. Nam tunc confusio inde videtur Auctori Cel. inualuisse, quod ARISTOTELES animum et mentem nostram δαιμονα dixit. Iam ad *Medicorum* et *Physicorum* sermonem cum Viro Cel. attendas: ne hilum quidem videbis, quod monuerit noster, si haecce tantum HIPPOCRATIS de *nomine morbi sacri* cogitata supponas: *Mihi quidem, qui hunc primi morbum sacrum dixerunt, tales esse homines videntur, quales sunt adhuc magi, agyrtae et fastuosi.* — *Ideo verborum et carminum miracula adhibent, vt, si ille morbo correptus moriatur, ipsis deinde excusatio non desit, siquidem medicinam nullam aegro dederint, quae forte nocuerit.* Grata sunt illa verba HIPPOCRATIS atque accepta Cel. SEMLERO, nihil addit, probat, optima cuncta videntur. Sed sumas, *Cappadocem* ARETAEVM, qui de eodem morbo, δαιμονος δοξης εις τον ανθρωπον εισοδω, mentionem faciebat: tunc coniecturas vide! Nam tunc ARETAEVS *Cappadox* illud non ipse credidit, quod dicebat, sed *propter opinionem* ipse dicitur daemon, hominem ingressus.

Sed forsitan, SEMLERVM Cel., credis, hunc morem scriptoribus tantummodo Graecis gessisse? Hoc ipsum iamiam de fide testium, quos collegit, multum et satis detraxisset. Falso tamen crederes, si tibi in mentem vel illud veniret. Siue enim *interpretes*, qui solent LXX. vocari, supponantur eorumque de daemoniacis doctrina: siue ab illis ad alios Graecos scriptores progrediaris; illud, propter quod noster Auct. displicet, semper videbis. Non intermittit Cel. Auct. consuetudinem eos laudandi, qui illud, quodipse velit, verum esse, dixisse ipsi videntur: vituperandi autem, si contra interdum dixerunt. Nam *quod ad Graecos interpretes attinet, quos solemus* τους LXX. *appellare*, Cel. Auctor ne verbum quidem regerit, si illi DAEMONIA *scribunt loco* SEIRIM, *loco* SCHED, *loco* GAD, *loco* ZIIM et απο συμπτωματος και δαιμονιων μεσημβρινων, *pro quo haebraice exstat:*

ter ea ne hilum quidem, quicumque illa ita diiudicabit, vt neutram in partem moueatur. Vel si a nobis mul-

exstat: a lue seu excidio, quod destruere solet a meridie. Sumas, qui crediderunt, *exstitisse omnino incorporeas substantias, quae nomine* SEIRIM, SCHEDIM *etc. veniunt, quae sui copiam hominibus fecerint, et haec illa documenta suae auctoritatis potestatisque re ipsa dederint*; tunc illi vel quoddam defendunt, *quod ex his quidem locis et nominibus nemo confectum esse statuet, nisi qui iam plenus sit ipse talium opinationum: quod tamquam mera coniectura ineptissime tractari atque loco versionis litteralis recenseri debet: de quo scriptura sacra ne γϱυ quidem meminit, nec dixit vmquam, nec cogitauit: cuique caussam et iustam rationem subesse atque existere omnino tam potentes auctores illarum mutationum in rebus ad homines pertinentibus, quorum esse credebantur, his in locis nec dicitur, nec etiam dici, si diuinam religionem, eiusque ius et fas intelligimus, poterat*: vel tales tunc tibi ex LXX. *interpretibus* elegisses, *qui vulgari modo hic loquuti atque vocabulis vti voluissent, quae modo ad plebem graecam atque ad opiniones vulgatas inter gentes atque profanas miro significatu scatebant, atque deinde ob malignitatem ingenii plebeii tantum tolerabantur.* Sed crede nunc iuterpretes, qui forte το δαιμονιον *infandum atque inusitatum quoddam, infestum et repentinum morbi genus, a vento quodam pestifero ortum*, dixerunt. tunc bene tu et omnes statim teste SEMLERO cel. crediderunt: δαιμονιον *recte reddiderunt: sagaces fuerunt, prudentes interpretes bibliorum hebraeorum, tales, qui id tamquam religionis magistri fecerunt.* Si id δαιμονιον LXX. interpretes dixerunt, quod *factum quodcumque inusitatum* et *aliis ignotum* adpellatur: tunc id fecerunt, *quod graeca loquendi consuetudo ferebat.* Si vero *caussam ignoratam siue substantiam non sub sensus cadentem atque hominibus infestam*, defenderunt in δαιμονιζομενοις: tunc *vanam* et *insanam opinationem* fouerunt, *illud ad obsessos* aduocarunt, *quod homines ordinis tantum inferioris per superstitionem repererunt, atque tamquam opinionem ex gentium commercio hauserunt atque confirmarunt.* Aliorum Graece de daemoniacis loquentium, Iudaeorum, tum illorum, quibus apocryphos libros debemus, tum maxime IOSEPHI atque PHILONIS descriptiones atque opiniones *vetustissimae* sunt Cel. SEMLERO, atque *inter plures gentes olim receptae destinatoque consilio desumtae, non negligendae, seriae, ab iis, qui in alios studeant, non profectae, tales, quae ad orationes Iesu illustrandas tamdiu multum faciunt, quamdiu* δαιμονες *vel innuunt* πνευματα πονηρων

multum SEMLERO Cel. concedatur, elogia sine vi, sine pondere erunt, atque vituperationes intempestiuae, quae

πονηρων *mortuorum* ανθρωπων *esse, vel* ψυχας *nobis exhibent in daemoniacis,* κατα τον αερα πετομενας; *vel ita comparatas sistunt auctorum narrationes, vt facile adpareat, illos* προς τους εξω *loquutos esse, et multa narrasse, quae plebis quidem caussa a Iudaeorum Doctoribus reperta atque per manus tradi praecipique tantum vulgo, minime autem intra sindonem admitti debebant.* Defendas autem, contrarium illos docere nos voluisse: illico et, vti SEMLERO Cel. visum fuit, *profecto quidem et facile produnt parum sobrium atque eruditum prudentemque auctorem, plebi potius atque imperitae multitudini destinatum, arbitrum et moderatorem inscitae et vulgatae superstitionis, euntem in sententias et ludibria, in commenta et somnia vetularum taliaque denique narrantem, quorum in sacra nostra scriptura nec vola est, quod dicitur, nec vestigium vllum.* §. V. et VI. Diss. *dent.*

Iam ad oracula *Rabbinorum* cum Viro Cel. in §. VII. venias: tunc, si SEMLERO Cel. credis, illos *summatim* in *Rabbinis* habebis, *quorum ingenium hacce in caussa multo magis, quam graece scribentium, spectatur. Nempe hi omnino* ανατολικην *illam* διδαχην, *traditionem de rebus et caussis non corporeis, sollemnem, inter sapientes cunctos oriente sub sole celebratissimam, subtili commentandi genere in ipsam religionem intulissent. Dici itaque non posset, quam illi olim religionis et dogmatum plebi suadendorum antistites, animos omnium impleuissent miris miraculis, quotidie audiendorum, videndorum, sentiendorum daemonum. Haec olim istius orbis mysteria, vario, qui animos percelleret, apparatu insignita; quibus alii consilio optimo vsi fuissent, vt vana olim et doctioribus non ignorata commenta, tandem in axiomatum fastigium euecta fuissent, quae locum* ηδικον *seuerissime et ingenue ad cunctos et persuaderent et confirmarent: alii autem his, tamquam* πολιτευματι *bene componendo, repertis maxime studuissent. Esset peruersum atque illiberale Iudaeorum de his rebus disputandi genus hominumque, qui eo imbuti fuissent, insanabile ingenium. Corrupissent in toto orbe doctrinas, deserti fuissent doctrinis sanis, veris, salubribus, exemploque et piaculo. In fatali daemonum prouincia constituti fuissent. Effecissent, vt longae totaeque familiae illorum exstitissent, qui libros omnes, antiquioris foederis testes, propter daemones, quos, credidissent Rabbini, inueniri in istis, plane abiecissent, et vehementi odio prosequuti fuissent. Ab exilio babylonico inde iam angelorum et daemonum maxime studiosi*

fuissent,

quae nocent magis et detrahunt, quem ad rem vllum vſum adferant, cuius gratia fundebantur. Nam quando et apud quem teſtis

fuiſſent, ſacrisque caeremoniis, quibus illorum benigna miniſteria adſciſcerentur, infeſta autem vis auerteretur; multum operati. Vetuſta terriculamenta cum gentibus credidiſſent atque honoraſſent, a vera Dei cognitione et religione non ſeiungenda, ſed ſtudioſiſſime potius conſeruanda. Paucos inuenies, ſi a MAIMONIDE cum Viro Cel. diſcedis, Rabbinorum, *qui ſanius de hocce daemonum negotio ſenſerunt.* Vnicus MAIMONIDES ceteros omnes hic poſt ſe reliquit: *rem, quae in multis egregiis viris deprehenditur, defendit: philoſophiae ſtudio non parum profecit: iisque doctioribus eſt adiungendus Iudaeis, quibus vana de daemonibus commenta non ignorata. Vnicum enim* MAIMONIDEM *Cel.* SEMLERVS *obſeruauit, cuius ea eſt ſententia in Sabb.* 11, 3. *Spiritum malum vocant omnes ſpecies morborum, qui vocantur melancholia. Vnico* MAIMONIDI Δαιμων *eſt ſpecies ex morbis dictis, quae facit, vt aegrotus fugiat, contra delectetur ipſe in tenebris et in ſolitudine, tempore paroxysmi.* Vnici MAIMONIDIS ſapientia id attingit, *vt malus ſpiritus ea ſit infirmitas, quae ex receſſu cerebri procedit, vnde mens perturbetur. Cetera multitudo doctorum ſeueram doctrinam,* id eſt noſtram hic, teſte Cel. SEMLERO, *prodiderunt.* §. VII. SEML.

Nec alium in Viro Cel. laudatorem atque vituperatorem deprehendes, ſi vel ſententias *Chriſtianorum* de daemoniacis ſumis, quas obſeruauit. Nominat nobis multos ex adſeclis Chriſti, *a quibus inſanae narrationes celebrabantur.* Dicit de iſtis, *qui vel ipſi fide bona, rei exemplo inepto decepti fuiſſent, vel fraude ſedula vſi, vt iſta improba experimenta nec aliis vmquam deeſſent. Sunt ipſi plurimi Theologorum tales commentatores, qui multa ore magno vbique de daemonibus loquuntur.* Fecit mentionem Chriſtianorum, *qui tantum ad gentes profanas locosque inter iſtas domeſticos atque amatos doctrinam de daemonibus exponere ſtuduerunt.* Irridet quosdam, atque pro more, id eſt, nimis falſe illos perſtringit, *qui cum* CHRYSOSTOMO *nonnullorum ſententiam* ρηματα γραιδιων μεθυοντων και μορμολυκεια των παιδων *nominare* ſolebant. Fatetur, *vniuerſam patrum daemonologiam conſtare ineptiſſimis opinationibus, quas in faſtigium doctrinarum theologicarum euehi, iure atque merito non patimur.* Loquitur de *bonis quondam patribus, qui de daemonibus ſcripſerunt, ne tantum viderentur minus eruditi, et ſic a tempore illo recte eſſent excuſandi: licet non pati deberemus, in noſtra tempora illa ludibria magno conatu transferri.* Commemorat *imaginem, quae vana tantum auctoritas patrum dicenda, atque*

teſtis in ſua ipſa cauſſa valuit? Vel dicas, quid adhuc probatio, quae in orbem eſt facta, praeſtiterit? *Volebat* Cel. SEMLE-

de qua ius fas ſit, eloqui rem ipſam, ne iſta forte aliis quoque ſicut ante ſit factum, ita quoque in poſterum obſit et noceat. Inuenit Cel. SEMLERVS, ſedulo in Chriſtianorum ſententias de daemoniacis inquirens, *quos, facile conſtet, nimis multa de daemonibus non ſolum credidiſſe, ſed et finxiſſe.* Incidit in quosdam, *qui hac in cauſſa ideo nemo eligeret arbitros vmquam, quia finxerant multa.* Vidit, *qui, ipſos non exigua difficultate ſe premi, intelligebant.* Diſputat contra nonnullos, *eorumque fundamenta et rationes voluit labefactare.* Nonnulli noſtro Interpreti etiam *inſtabiles atque varii* videntur. *Longiſſimo* autem *numero latini daemonologiis temere ſunt* noſtro SEMLERO olim *ducti.* Scit, *quorum ingenium monachalis daemonologia aut eius ſtudioſa defenſio obſederit.* Suntque, *qui facile produnt, ſe fabulis et actis ſanctorum, quas monachi inſani et inepti conſcribillauerunt, plus tribuere, quam rationi.* Sed quaeritur: SEMLERVS Cel. quare ſit factus tam vehemens tamque grauis obiurgator? In promtu cauſſa eſt; quemcumque deridebat ex grege Chriſti adſeclarum, ille non cum SEMLERO colligebat: non δαιμονας τας ψυχας των αποθανοντων, non δαιμονιολημπτους forte phreneticos, non πνευμα την αμαρτιαν vocabat. In hoc autem omnino totam vituperandi cauſſam poſitam eſſe, quam ſibi ſumſit Cel. SEMLERVS, clarum erit, ſi ita tantum ſcenam mutabis, vt in illam nunc reuera quosdam inducas ex Chriſti cultoribus, δαιμονας ψυχας καλουντες. Nihil hic equidem, etſi cognatione Pythiam attingeres, poteris diuinare, quod cauillationem aut aliud quid huius generis oleat. *Prouidos* e contrario *ſacrarum litterarum interpretes* nunc atque *diligentes* in illis habebis, *lapſos in tempora meliora, tales, qui non ſolum memoriam atque ingenium, ſed miniſterium etiam rationis adhibuerunt.* Οτι αι ψυχαι των αποθανοντων δαιμονες γινονται: hoc Vir Cel. iubet ad *interpretationem meliorem* referri. Si AVGVSTINVS de *Geneſi ad litt.* XII, 17. ſcribit: *forte* δαιμονιζομενος *reuera phreneticus erat; ſed propter iſta daemonium pati putabatur: tunc ſine piaculo et ſcelere hoc* AVGVSTINVS *ſcribere potuit, quum in iſto opere non populum reſpiciat, ſed intelligentibus operam dedit.* §. VIII. N. 18. Diſſ. SEML.

Habes, quomodo SEMLERVS Cel. veteres ſiue primos teſtes, quos adduxit, hic tractet. Intelligas ergo nunc, qualem ſe iudicem noſtrorum atque Theologorum recentiorum praebuerit. Quam ob rem fruſtra inter hos teſtes omnes, quos laudauit, WALCHIVM atque MOSHE-

SEMLERVS *noſtros Theologos eo adducere, vt crederent, ſi vellent,* δαιμονας *olim animas demortuorum et hoc ipſum quidem*

MOSHEMIVM, FROBESIVM, DETLINGIVM, atque BVDDEVM, GRAPIVM atque CALOVIVM et plures quaeris alios aeui recentioris, qui rei huic inſignem atque egregiam operam dederunt. Nemo nominatur illorum, etſi totam percurras diſſertationem, quam conſcripſit. Qua cauſſa eo SEMLERVS Cel. ſit ductus, non ego iam, ſed alii diiudicent. Quodſi quis autem eſt, qui BEKKERVM illum, vel WETSTENIVM, vel alios ex noſtris atque hodiernis teſtibus deſiderat: qui ipſos morbos grauiores cum Viro Cel. δαιμονας vocarunt; huic, quod voluit, SEMLERVS Cel. quicquid dedit. Nam non ſolum *viros principes* illos in hacce re noſter nominauit; ſed, ſi ab infelici STKESIO diſcedis, ex cuius libello: *an Enquiry into the meaning of Demoniacks in the new teſtament*, litteris T. P. A. P. O. A. B. I. T. C. O. S. inſignito, SEMLERVS Cel. etiam nonnulla collegit: tunc Auctor Cel. nec vllum ſciuit, qui felicior atque diligentior BEKKERO atque WETSTENIO fuiſſet in iis reperiundis, quae poterat hic et volebat adlegare. *Subobſcura ſunt, quae de geniis et daemoniis alii congeſſerunt, ob ordinis neglectum recentiorumque et veterum miſturam. Ich habe* BEKKERS *Meinungen nicht ſelten beygebracht. - - Dergleichen ich auch im neuen Teſtament bey Durchgehung des Evangelii Matthäi, in Abſicht der Beſeſſenen, mit* BEKKERS *und* WETTSTEINS *Erklärungsarten gethan habe. - - Wie viel greulich ausſehende Geſchichten hat allein* D. BEKKER *beym Lichte beſehen, und als Betrug oder Irrthum klärlich entblöſſet? - -* BEKKER *behält ein ſo groſſes Verdienſt um die Chriſtenheit, als wohl kaum mehrere Verfaſſer. - - Und es iſt allerdings eine beſondere weiſe Regierung Gottes, daß der wichtige und unumſtößliche Innhalt ſeiner bezauberten Welt ſo bekanndt und gemeinnützig gemacht worden*: ipſe SEMLERVS noſter *in der Abfertigung der neuen Geiſter und alten Irrthümer in der Lohmanniſchen Begeiſterung zu Kemberg, 37. Seite der Vorrede und des Anhangs 328. Seite*, contendit. Tantum doctrinae atque auctoritatis WETSTENIO Cel. Vir attribuit, vt ſibi ab WETSTENIO ſolutionem et reliquorum argumentorum exoptet, quae pro noſtra atque omnium orthodoxorum ſententia de daemoniacis adhuc adferri poſſent. WETSTEIN, inquit SEMLERVS Cel. *hat ſich dieſe Einwürfe nicht einfallen laſſen; ich möchte ſonſt gern ſeine Antwort geleſen haben, pag. 263. der angeführten Abfertigung etc.* LVCILIVM VANINVM, BASNAGIVM, atque POMPONATIVM, HOBBESIVM, atque STOSCHIVM, mirum videtur,

dem iure atque vere significasse. Ad hoc testes, fide digni, atque veri requirebantur. Vnde nunc autem certitudo atque fides illorum? Hanc Auctor de se ipso sumebat. Laudabat, quod probare volebat; vituperabat, quod prosternendum sibi sumebat. Cur hoc autem fiebat? Cur Auctor suae auctoritati ipsi non parcebat, vt fidem modo aliis conciliaret? Respondeo: *Volebat Cel.* SEMLERVS *nostros Theologos eo adducere, vsque crederent,* δαιμονας *olim demortuorum animas significasse.* Qualis et quantus orbis est, in quem probatur! Nonne hoc modo ipse testibus adfert suspicionem, ex qua, vt illos vindicaret, omnis officii ratio postulabat? Quid? si quis iure eodem vteretur, quod sibi Vir. Cel. sumsit laudandi atque vituperandi? Quid? si Theologos nunc condemnaret, quorum laudes, vt famam sibi ipse suaeque rei compararet, ad astra quasi atque ad coelum extollebat? Quid tum inde, si laudarentur, de quibus Vir Celeb. tamquam de testibus nostris detrahebat? Nisi me fallunt omnia, ex his effici de nouo potest, a Viro Celeb. testes productos esse, qui fidem adhuc anhelant, quae probari debebat.

§. VII.

4.) *Suspectos nostris Theologis testes* SEMLERVS *Cl. in coelum quasi extollit, et gratos ipsis vituperauit.*

Grauiter illud semper atque Theologus omnis pati debebat, in quod a nobis hactenus est animaduersum. Ast, cur hic tantum Theologos compello atque testor? Contra illud quicumque niti debebat, apud quem auctoritas nihil valet sine ratione. Tanta suspicio iamiam est illa, in quam testes Viri Cel. venerunt! Sed quantacumque sunt illa, ferri possunt, quoad ea, quae nunc monebo, nemo legerit Theologorum

tur, a Viro Cel. omissos esse. Nam notum est, hos etiam sectam illorum et rationem sequi, quos laudat, quia daemoniacos *insanos, furiosos, melancholicosque* et sic porro vocarunt. LVCIL. VANINVS in *Dialog.* LIV. p. m. 406. POMPONATIVS in Tract. de *immortalitate animae* pag. 135. et de *Incantat.* Cap. X. HOBBESIVS in *Leuiathan.* Cap. VIII. et XLV. BASNAGIVS in *Exercitat. contra* BARONIVM pag. 635. 637. STOSCHIVS in *concordia rationis et fidei.* pag. m. 8.

logorum. Esto, itaque dicendo quemdam consequi velle, vt δαιμων Theologis probabilis videatur, qui tempore Christi morbus vel anima demortui fuit: et testibus productis tamen abuti vsque adeo velle, vt grati Theologis vituperentur, suspecti autem extollantur; quid nunc tibi videtur? Hoc, quia non ex vno atque altero tantum exemplo atque documento patebit luculentissimo, itaque erit *noua* caussa, cur testes, quos SEMLERVS citauit, nemo admittat nostrum Theologorum *a*).

a) Non frustra atque vento ſum loquutus. Videtur noster proh dolor! eo reductus esse. Vtque huic iterum a primis atque *graecis scriptoribus* ordiamur, PLATO nunc atque ARISTOTELES in medium veniant, quos a Viro Cel. sic intelleximus tractatos esse, vt plurimos maximosque tam veteris, quam nostri aeui Theologos adsectasque Christi habeat aduersos. Vellicatur primo PLATO Graecorum praeter opinionem Theologorum. Et ex multis atque innumeris huius rei testibus, qui produci potuissent, iam nomino modo BVDDEVM nostrum immortalem. Is enim non solum morum disciplinam ipsius ab Viri Cel. obiurgationibus vindicauit; sed totus etiam fuit in eo, vt reliquos commemoraret, qui rem atque philosophiam PLATONIS laudarunt, atque ex firmis inconcussisque principiis demonstrarunt, nullam, si a PLATONIS disciplina discedis, scilicet dari philosophiam, quae magis cum Christianorum dogmatibus conueniat. In *Isagoge* Lib. I. Cap. IIII. §. XXII. pag. 224-226. §. XXXI. pag. 295. Lib. II. Cap. I. §. VIII. pag. 353. Cap. III. pag. 556-560. Et quamquam hoc ad cultum pertinebat, quem Platonici angelis deferebant, quemque, vt ius et fas erat, meminimus, a BVDDEO, tamquam minime debitum, castigatum esse, in *Institut. Theologiae Dogmaticae* Tom. I. Lib. II. Cap. II. §. LV. pag. 589 - 594; nec tamen ob id taxauit vmquam ipsum PLATONEM suum. Hunc enim diligenter a *Platonicis* cum MOSHEMIO in 41. Not. §. XIV. Cap. IV. *System. intell.* CVDWORTHI, distinguit inter coelites nunc triumphans BVDDEVS, vt ex adlegatis cuilibet patebit; nec id, quod PLATO daemones ab nostris animabus atque ab melancholia discernebat, vmquam improbauit. Deinde Theologis laus accidet inopinata quoque et insperata, quam Vir Cel. ARISTOTELI attribuit. Vtque hoc clarum omnibus reddatur, quod adfirmo; probabo non tantum ARISTOTELEM in se, et quicquid ad illum pertinet, suspectum esse; sed etiam in id vires deinde et neruos meos intendam omnes,

vt

vt pateat, noſtros Theologos STAGIRITAM de re ipſa, ad quam corroborandam citatus erat, non ſine ratione ſuſpectum habuiſſe. *Prius* effici poteſt ex hacce oratione Beati BVDDEI: *Vt vero de ipſa* STAGIRITAE *philoſophia non omnes idem ſentiunt; ita etiam de moribus eius, vitaeque, quam tenuit, ratione, diſcrepantes exſtant virorum doctorum ſententiae. Grauiſſimis vitiis obrutum eſſe* ARISTOTELEM, *ex inſtituto demonſtrat* FRANCISCVS PATRICIVS *in discuſſ. peripatet. tom. I. Lib. I. pag. 6. it. pag.* 11. 12. *et* PETRVS GASSENDVS *in exercitationib. paradoxic. aduerſus Ariſtoteleos, exercit.* III. *pag.* 53. *ſeq. Paucis cuncta, quae ei obiiciuntur, complectitur* RENATVS RAPINVS *Tom.* I. *operum, pag.* 280. *ſeq. Immo et inter atheos haud vltimum tenere locum* ARISTOTELEM, *viri docti obſeruarunt. Ex inſtituto hoc egit* VALERIANVS MAGNVS *in libro de Atheismo* ARISTOTELIS, *quem* FORTVNII LICETI *libro de pietate* ARISTOTELIS *aduerſus Deum et homines oppoſuit. Sequuti ſunt et alii, qui atheismum* STAGIRITAE *exprobrarunt, nec ſine ratione, vti a me oſtenſum in theſibus de atheismo et ſuperſtitione. Cap.* I. §. XV. *pag.* 39. *ſeq. Rem omnem adcurate confecit, qui ſolide et diligenter hoc argumentum tractauit* IO. GEORG. WALCHIVS *in exercitatione hiſtorico-philoſophica de atheismo Ariſtotelis, quae in parergis eius academicis exſtat pag.* 198. *ſeq. Syſtema ipſum* ARISTOTELIS *Atheismo fauere, poſitum eſt extra controuerſiam; nec tamen etiam errare, qui cum* IO. GEORG. WALCHIO *loc. cit. Cap.* IV. *pag.* 353. *ſeq. in hocce philoſopho atheismum practicum reprehendunt. In Iſagoge Lib.* I. *Cap.* IV. §. XXII. *pag.* 227. Non iam in cenſum Ethica veniat STAGIRITAE. Quam, conſtat, non tantum BVDDEVM noſtrum, ſed etiam LVTHERVM iam ceu fontem peſſimum Pelagianorum errorum reiecisſe. *Loc. Lib. et Cap. cit.* §. XXI. *pag.* 297. *Alterum* non tam RVDOLPH. CVDWORTHVS atque IOANN. LAVR. MOSHEMIVS, quam noſter iterum BVDDEVS atque ſumme Venerab. WALCHIVS extra omnem poſuerunt dubitationem. Illi, vbi non tales ex inſtituto commemorantur, qui omnes, quorum fit mentio in Euangeliis, daemones atque daemoniacos negant, aut eorum operationes in dubium vocarunt. Hi, vbi de illis reuera ſermo erat, qui, quicquid de ſpectris, magia et obſeſſione dicitur in Euangeliis, inter friuola mortalium commenta, aut male ſanae mentis inſomnia referunt. CVDWORTHVS quidem dubitanter ſtatuit illud, quod adlegaui: attamen, *quid?* inquit, *ne illis quidem vehementer repugnauerim, qui liquere ſibi negant, an vel eſſe daemones,* ARISTOTELES *crediderit. Cap.* IIII. §. XXIIII. *pag.* 491. *Syſtem. Intellect.* MOSHEMIVS autem nullam videtur habere dubitationem. Nam *Duo*, inquit, *plerumque loci citantur, ex quibus id, quod* ARISTOTELES *vere crediderit*

diderit daemones, effici ſolet. Alterum CVDWORTHVS *ipſe ex Lib.* I. *de anima Cap.* VIII. *pag.* 17. *Tom.* II. *Opp. allegauit, et talia in ſe complectitur:* Επιζητησειε γαρ αν τις και δια τινα αἰτιαν η εν τῶ αερη ψυχη της εν τοις ζωοις βελτιων εστι και αθανατωτερα. *Aliud pronuntiatum ego ſufficiam. Sumtum id eſt Rhetoric. Lib.* II. *Cap.* XXIII. *pag.* 785. *Tom.* III. *Opp.* Το δαιμονιον ὁδεν ἐστιν, ἀλλ ἢ Θεος, ἢ Θεȣ εργον. Καιτοι ὁστις οἰεται Θεȣ ἐργον ειναι, τȣτον ἀναγκη οἰεσθαι και Θεȣς ἐιναι. *Sed, vt ingenue, quod res eſt, profitear; neque hoc, neque altero, quem* CVDWORTHVS *exhibet, loco niti poterit valide, qui, daemones* ARISTOTELEM *haud ſuſtuliſſe, probare ſtudet. Quemadmodum enim, ex loco, quem* CVDWORTHVS *exhibet, probari poſſit, viſum fuiſſe* ARISTOTELI, *daemones corporibus vti, ex aere contextis; me quidem prorſus praeterit. Nec enim hic mentio exſtat vlla daemonum, nec de corporibus aëreis verbum vllum legitur: ſed de anima, in aere verſante, philoſophus diſſerit. Quod ad hunc ex libris Rhetoricorum attinet locum, is exemplum eſt, quo philoſophus oſtendere vult, quemadmodum ex definitione rhetor argumentari queat in foro: nec idcirco talis eſt, vt mens et ſententia eius inde cognoſci queat. Neque enim id, quod neminem fugit, quae quis adfert ad regulas dicendi illuſtrandas, pro veris eius opinionibus omnia habere conuenit, in Not.* 4. *Loc. cit. Syſt.* CVDWORTH. *intellect. pag.* 491. Attendat, ſi velit Cel. SEMLERVS, ad haec, quae de daemonibus ARISTOTELIS commentatus eſt MOSHEMIVS. Ex iis enim, quae dixit accurate de *poſteriori pronuntiato*, eo maiorem lucem vindicare ſibi poſſunt, quae contra *ſcita poetarum* eorumque vim in IV. §. dici debebant. Quae autem ad *priorem* adnotauit, illa, quae nunc atque in poſterum ſunt dicenda, quodammodo corroborabunt. Quocirca noſtrum BVDDEVM, magnum olim Theologorum decus atque exemplum, audiamus. Hic *de* ARISTOTELE, *Lib.* II. *Cap.* II. §. LV. *pag.* 453. *Inſtitut. Theol. Dogmatic.* inquit, *num ſpiritus finitos, ſeu daemones, crediderit? inter viros doctos diſputatur. Certe, intelligentias eum admiſiſſe, notum eſt. Has autem cum ſingulis orbibus praefecerit, easque neceſſario vinculo cum iis colligatas exiſtimauerit, non poſſe illas eo loco, quo ſpiritus, angeli, daemones apud nos ſunt, haberi recte viris doctis obſeruatum eſt, ſpeciatim,* GERARDO IOAN. VOSSIO, *de Idololatr. gentil. Lib.* II. *Cap.* XLI. Ergo ſumme Venerabilis WALCHII ſententia reſtat modo, quam de daemonibus ARISTOTELIS dixit. *Beym* ARISTOTELE, inquit noſter, *findet man von den Geiſtern widerſprechende und irrige Begriffe, wenn man ja hieher einiger Maaſen ſeine Lehre von Intelligentien ziehen wollte. Wiewohl* CONRING *in ſeinen Conringianis*

pag.

pag. 127. *meynet, daß durch die Intelligentien die Dämones nicht verſtanden würden.* - - Confer IACOB. THOMASIVM *de ſtoica mundi exerc. diſſ.* 2. §. 17. *diſſ.* 4. §. 1. *diſſ.* 14. §. 139. *ſeq. und* BVDDEVM in *theſib. de atheismo et ſuperſt. Cap. I.* §. 15. *pag.* 41. *wo deutlich vorgeſtellet und gezeiget wird, wie weit dieſe Ariſtoteliſche Gedanken (von Intelligentien, wenn man darunter die Dämones begreifen will,) mit der Atheiſterey verknüpft ſind. Auſer dem gedenket zwar* ARISTOTELES *in ſeinen Schriften hin und wieder der Dämonum, ſcheint aber das Wort in einer andern Bedeutung, als ſolches von andern Philoſophen gebraucht worden, genommen zu haben. - Die Scholaſtici brachten zum Theil abgeſchmackte Dinge von den Geiſtern für, welche ſich dem* ARISTOTELI *gewidmet, dem ſie nicht widerſtunden, und die heilige Schrift nebſt den Lehrſätzen der Kirchen-Väter mit demſelben verknüpften. Im Philoſoph. Lexico Art. Geiſt. pag.* 1123. 1124. Et quid PORPHTRIVS inter teſtes, quibus Theologus vtatur? *Vid.* IV. §. *Diſſ.* SEML.

Nec vero laudes *medicorum*, quales dixit SEMLERVS Cel., Theologis omnino placebunt. Ne autem haec, quae diximus de medicorum laudibus, quis in aliam partem, atque dicta ſunt, interpretetur; *primo*, me, nolim, quis vt talem eſſe, credat, qui ſtatuat, medicos ſemper et prorſus a munere interpretis auocandos eſſe. Quis enim tam ingratus eſt, vt noſtri GE. WOLFFG. WEDELII, VOGLERI, TRILLERI, THOM. BARTHOLINI, SCHEVCHZERI, BERGERI, pluriumque medicorum illuſtrium, in ſacram ſcripturam optime meritorum, immemor ſit? Ad virum Cel. a SEELEN eiusque *Part. II. Meditat. exegetic.* et quidem ad *Meditat.* XXII. cuius inſcriptio eſt: *de medicorum meritis in ſcripturam ſacram diatribe*, illum mitto, cui, quae huic docuimus, ignota vel non ſatis cognita eſſent. Hic nonaginta artis ſalutaris periti recenſentur, et plures adhuc ſciuit illorum, qui in eo operam ſtudiumque ſuum tam infelici quam felici ſucceſſu collocarunt, vt ſacram ſcripturam ex arte ſua medendi illuſtrarent. Nec eſt, quod cauſſa huius longe repetatur. Quis morbos hominum, quorum etiam in ſacris litteris mentio fit, intelliget, ſi artem ſalutarem non ſalutet? Quis hominem, quem ſtatus corporis deprauatus ad deſperationem adduxit, releuabit, ſi medicum non audiuerit, nec eius opem atque auxilium implorarit? Hunc miſerum ſaltem Praeſes noſter, ſi a Deo diſcedebat, *in der Sittenlehre Jeſu* 1. *Theil* 2. *Abſch.* 1. *Cap.* 3. *Abh.* §. 224. pag. 186. medico fidei compertae commendauit. *Deinde* nec plane reprehendendus eſt ille labor quidem medicorum, quem in ipſa hacce cauſſa, in qua ſumus, nonnumquam in ſe ſuſceperunt. Nam *hanc* de daemoniacis *opinionem*, quam nos tamquam communem Theologorum contra SEMLERVM Cel. defendimus, *non ex toto futilem ac inanem fuiſſe, verum adhuc malignos genios corpora*

non-

nonnumquam hominum conturbare, morbosque aut in illa immittere, aut, quae iam adsunt, augere, duo consuerunt medici, longo rerum vsu probatissimi, SENNERTVS *et* FERNELIVS. *Quorum quidem ille de Mania Lib. I. Cap. XV. Et §,* inquit, *sine vlla corporis morbosa dispositione, Deo permittente, hominem obsidere et occupare daemon possit, tamen quandoque morbis, et praecipue melancholicis, sese immiscet daemon; et forsitan frequentius hoc accidit, quam saepe creditur. Hic autem, Libro de abditis rerum caussis, postquam excantationes et carmina magica aliquid omnino posse in corpora hominum adseuerauerat, ita pergit: Neque solum morbos, verum etiam daemones, scelerati homines in corpora immittunt. Hi quidem visuntur furoris quadam specie distorti: hoc vno tamen a simplici furore distant, quod summe ardua obloquantur, praeterea et occulta renuntient, assidentiumque arcana referent. Ad haec confirmanda duorum hominum, sibi notissimorum,* FERNELIVS *exempla affert commemorabilia, quos maligno quodam genio actos et oppressos fuisse, nullum cuiquam esse dubium potuerit,* = = *totamque hancce disputationem his verbis terminat: Haec ego propterea refero, vt apertum fiat, malos daemones nonnumquam in hominum introire corpora, eaque inaudito modo vexare, torquere et affligere: aliis vero temporibus, tametsi non in hominem ingrediantur, neque totum eius corpus obsideant, nihilo tamen minus innumerabiles in illis morbos excitare, partim salutiferos humores exagitando et disturbando, partim noxios humores in partes corporis principales traducendo, aut venas aliosque corporum meatus iis obstruendo, partim denique membrorum structuram disturbando.* Sunt verba, quae hac de re CVDWORTHVS *Cap.* V. *Sect.* I. §. LXXXIII. *pag.* 855-858. *Systeм. intellect.* fecit, et ad quae etiam SEMLERVS Cel. attendat propter illa, quae deinde erunt dicenda, velimus atque rogamus. Probo itaque Summe Venerabilem GVNNERVM. Nam vera sunt, atque prudenter dicta, si, *ne vero,* dicit, *falsis signis decepti homines pro obsessis habeamus, qui non sunt, psychologicus et medicus, et hi quidem prudentiores, omni superstitione vacuissimi, consulendi sunt,* in *Art.* II. *Sect.* II. *Med.* II. §. 117. *n.* 2. *pag.* 439. *Institut. Theol. Dogmat.* Prostant rationes, et illae quidem non leues admodum atque infirmae, cur sit, vt consilium huius Theologi omnino probetur. Grauissimas ex illis Vir summe Venerab. WEICKMANNVS nobis suppeditauit, in *oratione,* qua Cel. VATERVM *laudauit defunctum,* quamque *in Dresdener gelehrten Anzeigen, auf das Jahr* 1752. XXXVII. XXXVIII. XL. *Stück pag.* 314-343. nobiscum communicatam nonnullisque notis doctissimis illustratam legimus. Vnde tot enim tantique dissensus, quos nostra, id est, verior de Daemoniacis doctrina tam priscis temporibus, quam hodie et adhuc patitur; si medici magis atque philosophi ad tales miseros vocati atque admissi fuissent? Nec *denique* flagito

illorum laudes cum noſtris theologis a Viro Cel., quos, ſi Medici vſitate loquantur, ſuasque nobis familias technice volunt enarrare, vidimus nomine PNEVMATICORVM veniſſe. Nam conſtat, hos omnino in numero illorum eſſe, qui de nociuis daemonum operationibus iuſto plus crediderunt. STOLLIO id autem debemus, qui *in der Anleitung zur Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrheit Cap.* I. §. LXII. confer. *Cap.* II. §. XVII. varia attulit, quae pertinent ad hancce ſectam PNEVMATICORVM. Quis itaque ſpiritus WIRDIGII *frigidos* atque *ſolares*: quis, quos ſomniauit, *corporeos* tales probabit? quibus qualibusque adhuc pluribus, omne illud, quod morbus vocabatur, attribuebat. Liber, in quo commenta haec de cauſſis morborum leguntur, *noua* ipſius *medicina ſpirituum* erat. Fata vero huius libri ſic PASCHIVS in *Inuentis nou-antiquis pag.* 356. breuiter, et quantum ad locum hunc, quem nos tractamus, ſatis erat, expoſuit: *Sed liber ille* (*nempe* WIRDIGII) *Serenisſimi Principis Guſtrouienſis*, GVSTAVI ADOLPHI, *p. m. iuſſit et auctoritate in cenſuram publicam incurrit, Wittebergae a facultate theologica et medica examinatus, nec non Roſtochii a* D. AVGVSTO VARENIO, *qui in VII. theſes ex medicina ſpirituum excerptas dedit* ἔπικρισιν *ſuam. Quas cenſuras theologico-medicas* B. D. MICH. SIRICIVS *vna exhibet in ſcripto Guſtrou. an.* 1684. *impreſſo, cuius titulus: Victrix veritas.* Conferatur STOLLII *Anleitung zur Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrheit.* §. CCXXXII. *lit. m. pag.* 298. Quem noſtris ex Theologis exemplum GREATERICKII, Hiberni, delectabit? qui, quaeuis genera morborum produci a daemonibus, homines vexantibus, mentiebatur. Placita huius GREATERICKII HENRICVS STVBBIVS, teſte MOSHEMIO, *loc. cit. pag.* 856. V.) confutauit. Hiſtoria autem huius Viri in *Oeuvres melées de St. Evremont Tom.* II. *pag.* 219. *ſeq.* enarratur. Quae omnia licet a nobis lubenter atque ſtudioſe ſint conceſſa, id tamen uumquam efficiunt, vt medici, ad quos Cel. SEMLERVS prouocauit, ab vllo Theologorum, tamquam teſtes admittantur. Nam enim iſtos idcirco adlegauit, quia in cauſſa hac viam mediam, quae noſtra eſt, atque tutiſſimam ſequuti erant; ſed quia daemones, *ingreſſos* tantummodo *propter opinionem* in homines, credebant; in illis autem, qui vere adſumebant, homines nonnumquam a daemonibus excruciari, tales plerumque homines videre volebant, quales ſunt adhuc *magi, agyrtae et faſtuoſi.* Quis tales autem teſtes admittet? Sunt enim illi, *qui nihil plane veri eſſe in illis, quae de poteſtate et imperio daemonum in homines traderentur, morbosque, ex cauſſis ortos naturalibus, temere daemonum adſcribi viribus, praecipere auſi ſunt.* MOSHEMII vero verbis illos depinxi medicos, quos tamquam teſtes conſtituit noſter. Vid. *Cap.* V. *Sect.* I. §. LXXXIII. *Not.* I. *pag.* 859. *Syſtem.* CVDWORTH. Sunt teſtes Cel. SEMLERI ex

illa haereſi medicorum, quos ita ſentire PSELLVS iam nobis dixit atque grauiſſime tulit: Ἀλλ, ω Μαρκε, ειπον, ετεραττα πειθ-σιν ημας Φρονειν ιατρων παιδες ὁ δαιμονων εκγονα τα παθη ταυτα λεγοντες ειναι. Χυμων δε καὶ αυχμῶν καὶ πνευματων μοχθηρων εχοντων, αμελει Φαρμακοις καὶ διαι-τημασιν, αλλ ȣ̓κ επωδαις καὶ καθαρμοις ταυτα θηρα-πευειν, αποπειρωνται, *pag.* 84. *de operatione daemonum.* HOB-BESIO atque VANINO, SPINOZAE et BALTHAS. BEK-KERO, aliisque longe pluribus, qui, *conculcaſſe omnem religionem, non ſine cauſſa viſi ſunt*, medici illi pares et ſimiles putantur, quos teſtes ſibi SEMLERVS elegit. Et hoc quidem MOSHEMIVS ipſe fecit, vir ſummo nomine atque honore propter maximam, quam in hisce talibusque ſententiis ferendis adhibuit, aequitatem. Loco atque §. paginaque paucis modo lineis ante citata. Ecquis eſt hodie Theologorum, cui impietas AVERROIS probetur, quam erga doctrinam ſaniorem de Daemoniacis pariter, atque erga totam veram noſtram religionem declarauit? Legi, cui ignota illa eſt, BAELIVS hic poteſt, in *Dictionar. hiſtor. et critic.* voc. AVERROES. Quis eſt illorum, quem *Religio medici* THOMAE BROWNII moueat, aut cuius animus *Euangelio medici* BERNARDI CONNOR adficiatur? Conferri hic nonnulli Theologorum poſſunt. Summe Ven. WALCHIVS in *Biblioth. Theol. Sel. Tom.* I. *Cap.* V. *Sect.* VI. §. III. *pag.* 718. 759. STOLLIVS *in der Anleitung zur Hiſtorie der mediciniſchen Gelahrheit* §. CCIII. *pag.* 236. 237. REIMANNVS in *Catal. Bibl. Theol. pag.* 1052. Aſt hominum horum duces illi medici olim omnes fuerunt, quos Auctor Cel. teſtatur. Ipſe HIPPOCRATES, cuius de *nomine morbi ſacri* ſententiam Cel. SEMLERVS tamquam doctiſſimam innocentiſſimamque ante laudabat, tam grauiter tamque ſeuere accuſatur a nonnullis, inprimis vero a GVNDLINGIO in *Otiis Tom.* II. *Cap.* 3. atque in GVNDLINGIANIS, *Part.* XXII. et XXIV. de ſumma erga Deum impietate, vt iudices aequiſſimi neſciant, *an fortaſſis conſultiſſimum ſit, fateri, vix hodie intelligi poſſe, quidnam de Deo ſenſerit* HIPPOCRATES, *nec liquere omnino, piusne fuerit, an a Deo auerſus?* MOSHEMIVS in 1. *Nota ad* VII. §. *Cap.* III. *Syſt.* CVDWORTH. *Intell.* vbi tam accuſatores, quam defenſores diligenter recenſentur. Conferatur WEICKHMANNVS in *oratione* ſupra citata. Praeclarum autem, neſcio quid, adeptus eſt SEMLERVS noſter, proferens illud, quod PHILOSTORGIVS de *medico Poſidonio* narrauit. *Notum eſt enim,* PHILOSTORGIVM *Arianum fuiſſe, et quidem Eunomianorum partibus addictum. Ipſeque ſatis prodit, dum illorum cauſſam vbique agit, nec vllam occaſionem,*

orthodoxos pariter ac Semi-Arianos perſtringendi, praetermittit BVDDEVS in *Iſagoge Lib.* II. *Cap.* VI. §. VI. *pag.* 934. Vnde et PHOTIVS de eo ita pronuntiat: ἱσορει δε τ' αναντια σχεδον απασι τοις εκκλησιαστικοις ιστορικοις. εξαιρει τυς αρειανιζοντας απαντας, λοιδοριαις πλυνει τυς ορθοδοξυς· ως ειναι την ιστοριαν αυτυ, μισοριαν μαλλων, αλλ ενκωμιον μεν των αιρετικων, ψυγον δε γυμνον και κατηγοριαν των ορθοδοξων. Cod. XL.

Mitto Graecos teſtes, et me conuerto ad *Rabbinorum* laudes atque vituperationes. Quas videbis adeo praeter ſpem omnem et conſuetudinem Theologorum diſtributas eſſe, vt ſummam, quae inde *Rabbinis* orta eſt, iniuriam, non modo teſtes ipſi, quos Vir Cel. probauit; ſed etiam SPINOZA certiſſimis iamiam atque firmiſſimis teſtimoniis confirmauerint. Vt *illud* atque *primum* eluceſcat; non longas iam et omnes illorum familias percurram, contra quos SEMLERVS *Cel.* ingenium atque διδαχην *Rabbinorum* generatim et vniuerſe vituperauit. Ad *Iſagogen* BVDDEI noſtri immortalis illum iterum mitto, qui tam peregrinus et hoſpes ſit, in rebus, quae inter ſeſe inuicem Theologi geſſerunt, vt neſciat, quam ſaepe, atque fortiter, quam bene etiam atque feliciter a noſtris Theologis res *Rabbinorum* vindicata, et, quamuis non in omnibus defenſa, liberata tamen ab tali atque tanta odio fuerit, quale et quantum SEMLERVS Cel. illis voluit parare. Nec eſt, vt talis iam inuidia, qualem et quantam Vir Cel. *Rabbinis* volebat generatim conciliare, per differentiam RABBANITARVM et KARAEORVM mitigetur. Ita enim notum eſt, omnibusque patet Theologis illud diſcrimen, vt ſaltem debeant de KARAITIS negare, quod Auctor Cel *Rabbinis* ſupra *generatim* attribuebat. Nam conſtat, hos omnino textui et ſenſui litterali diligenter inhaeſiſſe; cum RABBANITAE allegoricas tanrum et myſticas conſectarentur explicationes. Interim BVDDEVS in *Iſagoge Lib.* II. *Cap.* VIII. §. XI. *pag.* 1619. *ſeq.* in *Hiſtor. eccleſ. vet. teſt. tom.* II. *per.* II. *ſect.* VII. *ad* §. XVIII. *pag.* 1209. *ſeq.* in *Introduct. ad hiſtor. Philoſ. Ebraeorum.* § XX. *lit.* l. *pag.* 70. 71. conferatur. Deſtrui quoque a BERNARDO LAMTO illud poſſet, quod Vir Cel. *Rabbinis* in hacce cauſſa omnibus attribuebat. Si huic enim credendum hic erat; *Iudaei* fere omnes *daemonia* et *ſpiritus malignos vocauerunt vitia.* Vide ipſius *Harmoniam Euangel. Lib* III. *Cap.* V. *pag. m.* 218. vbi ex tractatu talmudico IOMA, atque ex GITTIM varia produxit non prorſus contemnenda rei huius teſtimonia. Eandem prodidit LAMTVS opinionem in Diſſertatione *de unica Magdalena pag.* 644. his verbis: *Certum eſt, more loquendi Hebraeorum, vitia appellari daemonia.* Confer. ABR. CALOVIVS in *Tom.* IV. *Syſtem.*

Syſtem. Loc. Theol. art. I. Cap. III. *pag.* 300. 301. Sed quia haec quoque ſuſpecta ſuo modo poterant videri, nec illa vrgebo, quemadmodum in ſe et a quocumque illud poterat fieri. Id, quod nunc agam, vt *primum* corroboretur, quod defendi, vnice LIGHTFOOTI verba erunt, quae allegabo de *Rabbinis* atque de *Talmudiſtis* prolata. *Non ſunt*, inquit LIGHTFOOTVS, *auctores, qui lectorem magis terrent et torquent, et non ſunt tamen, qui magis alliciunt, et delectant; quam talmudici Apud nullos maior eſt, aut aequa nugacitas, et vix tamen apud vllos maior aut aequa vtilitas. Acriores hoſtes, quam iſtos, non habet doctrina euangelica; et tamen planiores interpretes, quam iſtos, non habet textus euangelii. Verbo omnia: Iudaeis ſuis nihil niſi nugas propinant, et perniciem, et venenum; at, chriſtiani, arte et induſtria ſua, eos ſibi reddere poſſunt ſuis ſtudiis vtiliſſime famulantes, atque inſeruientes commodisſime interpretationi noui teſtamenti*, in *Praefat. horar. ebraic. et talmudic. tom.* II. *oper. pag.* 246. Multum haec verba, crederem, contra Auctorem Cel. effectura eſſe. Nam tanta eſt, vti ſupra demonſtrauimus, apud SEMLERVM Cel. auctoritas LIGHTFOOTI, vt vnicum fere habuerit LIGHTFOOTVM ſuum, cuius de malis ſpiritibus ſententia, *quia phraſes Iudaicas ſatis intellexerit, non omitti debeat.* Quod autem ad SPINOZAM ipſum attinet, qui, licet in ſe ſit maxime ſuſpectus, in hac tamen cauſſa tamquam firmiſſimus teſtis poteſt adhiberi. Certum hoc vero atque clarum fiet, ſi haec quis verba WOLLII Beati et laudes ſummas, MAIMONIDI a SEMLERO Cel. ſupra dictas, perpendere, interque ſe conferre velit: *Allegoricam ac metaphoricam N. T. praxin is demum acu optime tanget, qui in exteris ſcriptis, duce rhetorica arte, illam, quantum ſatis eſt, inſtituit. Atque hoc exercitium, erudite ſuſceptum, eo magis eſt neceſſarium, quo maiorem Fanatici, quibus olim Anglia abundauit, et* WOOLSTONI *etiam in Britannia amici, nec non philoſophi quidam, ac Sociniani operam in ſacris litteris* ἀλληγοριαις *penitus obſcurandis inſumunt. Hi omnes, ne ſacer codex nimis alienus a commentis ſuis videatur, corticem ſeu litteram eius eſſe deſerendam, ac medullam eruendam, contenderunt. Ipſe* BENED. DE SPINOZA *hoc nomine* MAIMONIDEM *coercuit, quod non dubitauerit ſacras litteras inuitiſſimas torquere, vt idem, quod ipſe, docere videretur. Vid. Tractat. theol. polit. Cap.* VII. *pag.* 99. 100. *Ita ſolent homines a Deo et religione omni auerſi integumentis fanaticorum flagitia ſua occultare.* CHRISTOPH. WOLLIVS in *Hermeneutica Noui Foed. acroamatico-dogmat. Cap.* II. §. III. *reg.* II. pag. 249. Quam graue ſit et validum hoc SPINOZAE teſtimonium; illi diiudicare optime valebunt, qui vim ſatis intelligunt rationum, ab ipſis interdum inimicis ducendarum. Quicumque vero primam cauſſam legere cupit, vnde tales et adhuc plures

aliae de rebus, ad noſtram religionem pertinentibus, infelices MAIMONIDIS cogitationes ſint ortae; illum ad BVDDEI *Introduct. ad Hiſtoriam philoſoph. Ebraeor.* et eius §. XXX. et XXXI. ire iubeo, vbi pag. 129-135. non cauſſa modo, ſed alia etiam rei huius exempla triſtiora: non haec ſolum, ſed etiam concertatio, orta inter ipſos olim Iudaeos propter placita huius doctoris: non quae tantum ad huncce MOSCHE BEN MAIMON pertinent, ſatis conſulte minime laudatum; ſed merita etiam Rabbi IARCHIM in noſtram ſacram ſcripturam omnia ſolidiſſime atque diligenter explicantur, pag. 117. Nam vidimus quoque huncce doctorem Iudaeorum, obſtante laude ſumma, quam apud Theologos conſequutus eſt noſtros, a Viro Cel. poſtulatum eſſe.

Et ſic exquiſita quoque argumenta colligi poſſent longa et multa, cur illi nihil valeant teſtes apud Theologos noſtros, quos ſumſit vir ex *Chriſtianis doctoribus* ad ſuam de obſeſſis daemonibusque ſententiam ſtabiliendam, et tamquam ſolidam innocentemque nobis commendandam. Inprimis AVGVSTINI teſtimonium, quod dixit deobſeſſis, Theologis ſuſpectum erit. Valebit certe nihil, ſi legunt, AVGVSTINVM dixiſſe: *Forte reuera phreneticus erat obſeſſus; ſed propter iſta daemonium pati putabatur.* Quemadmodum enim in aliis doctrinis, iisque non leuiſſimis, AVGVSTINVM, ſcimus, in ſuſpicionem veniſſe; ſic etiam ille propter indolem atque naturam, quam ſpiritibus atque animabus concedit, in varias incurrit reprehenſiones. Vt *prius* ſtatueremus, ad hoc nos iterum duumuiri illi, Beatus BVDDEVS et ſumme Venerabilis WALCHIVS noſter, firmiſſimis multisque rationibus adduxerunt. *Ille* in *Iſagoge Lib.* II. *Cap.* VII. §. IV. pag. 1049-1053. et pag. 1072-1086. *Hic* in I. *Tom. Biblioth. Select. Cap.* V. *Sect.* II. §. V. No. XVIII. pag. 594-596. Sed quibus potius vtar, aut auctoribus, aut teſtibus, quam hisce Viris, de tota eccleſia meritiſſimis, AVGVSTINVM *fauere* SABELLIO, *cum* ARIVM *refutauit*, *cum* SABELLIVM, ARIO, *cum* PELAGIVM, *Manichaeis*, *cum Manichaeos*, PELAGIO, *et ſic*, *cum vnum euitare extremum ſic annixus, procurriſſe illum iterum in alterum eſſe viſum?* Et hic, proh dolor! extrema dantur. Vide, ſi illa deſideras, modo BVDDEVM noſtrum, in *Inſtitut. Theol. Dogm. loc. et pag. ſupra iam citatis.* Et hic contingere illud poterat, quod ſaepius iam factum erat. AVGVSTINVS etiam in hacce cauſſa iuſto minus defendere, et SAMARITANOS atque SADDVCAEOS probare poterat, cum illos, qui, ducti quaſi ſuperſtitione, ſpiritibus daemonibusque iuſto plus tribuebant, id eſt, SIMONIANOS et CERINTHIANOS, caſtigare volebat. *Tantae ſunt opinionum humanarum viciſſitudines!* quaeſtus eſt etiam MOSHEMIVS de AVGVSTINO, inconſtante,

stante, et pergit: *Quod* AVGVSTINVS *antea non dubitabat, diuinum appellare dogma, quod, nullum capere posse, tradit, nisi Dei clementia illuminetur et erudiatur, quod in maximis denique ponit beneficiis, a Deo acceptis, id stultum, ineptum, insulsum, fanaticum, atque a ratione auersum, paullo post vocauit.* In *Not. ad §.* XXVII. *Cap.* V. *Sect.* II. *Syst.* CVDWORTH. pag. 948. Sed ad maiora redeo. Non modo fieri potuit, vt hic AVGVSTINVS extremum quoddam amplectatur; sed vere quoque in ea de spiritibus et nostris animabus sententia AVGVSTINVS saepe fuit, quam ex Theologis nemo probabit. Ipsum diuiniorem Spiritum AVGVSTINVS non dubitauit cum anima et quidem non cum nostra tantum, sed cum anima totius mundi confundere, et sic de illo derogare. Nam vide, qui spiritum diuiniorem, Gen. I, 2. super aquas volitantem, pro anima illa mundi habuerunt, quam homines philosophique ethnici somniarunt: et AVGVSTINVS primus erit illorum, qui futilem hancce opinionem, tamquam cultores Christi, sunt sequuti. MOSHEMIVS in Not. 28. ad §. XXXVI. *Cap.* IV. pag. 658. *System.* CVDWORTH. in ipsa doctrina de angelis, in qua ad AVGVSTINVM prouocatur, ille sibimet ipse est similis, id est, inconstantissimus et incertus fuit. Ipse RADVLPHVS CVDWORTHVS in §. XXXVI. *Sect. III. Cap. V. System. intellect.* iam iam de AVGVSTINO dicebat: *Sed et idem vir eximius alio in loco* bonos angelos animas beatas atque sanctas *appellat. Quamuis enim hoc ipsum in* retractationum libris *emendet ac corrigat, haud tamen sententiam ipsam mutat, sed, num illo sibi liceat vocabulo vti, quum sacrae litterae nusquam angelos* ANIMAS *vocent, ambigit.* Adlegat IOAN. LAVRENT. MOSHEMIVS tam locos, vbi AVGVSTINI verba vere exstent, a CVDWORTHO adlegata, quam ipsos auctores, quos hac in re sequutus est CVDWORTHVS, et talem in AVGVSTINVM sententiam pronuntiat: *Haec quum ita sese habeant, omnium mihi videntur rectissime pronuntiare, qui* AVGVSTINVM, *quem parum saepe numero secum ipso consentire, notum est, incertum fuisse, iudicant, quemadmodum de natura fas esset angelorum sentire, et nunc hanc, nunc aliam probabiliorem iudicasse sententiam. In promptu sunt dicta eius, ex quibus conficias, placuisse ipsi eorum opinionem qui totos esse angelos corporatos volunt: at rursus alii ex eo loci afferri possunt, qui suadent, aut spiritus prorsus, aut ex corpore et anima constantes ipsi visos fuisse coelestes genios. - - Fateamur igitur, necesse esse,* AVGVSTINVM *nihil certi et constantis decreuisse de angelis, sed nunc hanc, nun illam praetulisse sententiam, extremis vero vitiae annis non nimis ab iis remotum fuisse, qui totos esse censent, angelos corporeos.* in Not. 3. ad §. *allegat. pag.* 1089. Quis ergo AVGVSTINVM eligat huius causae arbitrum et Theologis gratum?

Sed,

Sed, instas, etiam IVSTINVM MARTTREM et CLEMENTEM ALEXANDRINVM SEMLERVS Cel. citauit. Non nego. Omnino citauit. Et verba quidem memoria mea adhuc tenet, quae Vir Cel. adlegauit. Adeo cauere volui, ne vllus testium a Viro Cel. productorum, sine iudicio omni mittatur! Sed memini etiam, de IVSTINO MARTTRE atque CLEMENTE ALEXANDRINO haecce apud HVMPHRED. PRIDEAVXIVM legisse. IVSTINVS MARTTR *erzählt, was ihm von andern vorgesagt und festiglich geglaubet worden,* pag. 39. Tom. II. *seines Alt- und Neuen Testaments. - - Und es ist offenbar, dass er dem allzudurstiglich nachgehangen, was er wahr zu seyn wünschte,* pag. 54. 2. *Theil des angeführten Testaments. - - Das, was er vortrægt, das trægt er verkehrt und ganz unordentlich vor,* pag. ibid. *Seine grosse Verwirrung, die er bey seinen Erzæhlungen und Vortrage bewiesen, die kan allen andern den Glauben benehmen. Und obwohl* IVSTINVS *ein sehr gelehrter Mann und Philosoph gewesen: So ist doch zu merken, dass er einer allzugrosen Leichtglæubigkeit zu bezüchtigen ist, und dass, da er ein Christ geworden, ihn oft der grose Eifer vor seine Religion so weit getrieben, dass er leicht alle ihm erzæhlte Historien willigliche angenommen. Ein Exempel davon ist, dass, als er zu Rom war, und eine Statue fand, die dem* SEMON SANGVS *einem* SEMI-DEO *oder HalbGott der Sabiner, geweyhet war, liess er sich leicht auf die Einbildung bringen, dass es des* SIMON MAGI *Sæule wære. Und derowegen hælt er in seiner andern Apologie dem Römischen Volke vor Uebel, dass sie einen solchen miserablen Kerl und Betrüger zu ihrem Gott machten. Und von eben dieser Leichtglæubigkeit mochte es herrühren, dass, da ihm zu Alexandria die Juden einiges alt eingefallenes Gemæuer auf der Insul Pharus gewiesen, er sich sofort persuadiren lassen, das wæren die Reste der Zellen, in welchen die 72. Dollmetscher ihre Version gemacht haben sollten,* pag. 55. *loc. cit. Die Zeugnisse, die von* IVSTINO MARTTRE *hergenommen worden, kœnnen wenig beweisen. Denn er ist eine sehr leichtglæubige Person gewesen, die ein jedes Ding geglaubt und angenommen, was er meynte, dass ihm zu seinem Behuf gereichen konnte. Viele sind durch sein Exempel zu gleicher Leichtglæubigkeit verleitet worden.* CLEMENS ALEXANDRINVS *ist der fürnehmste unter denen, die ihm nachgefolget. Auch hat man vieles angenommen, das sich auf die Tradition gegründet, und wovon in der Schrift sich nichts befunden,* pag. 759. *et* pag. 760. *Loc. cit. pars* II. *Lib* IX Quid itaque! si et haecce verba IVSTINI atque CLEMENTIS ALEXANDRINI: ὁι ψυχαις αποθανοντων λαμβανομενοι, καὶ ριπτομενοι, ὡς δαιμονιοληπτους - - καλουσι παντες: Δαιμονας μεν τας τουτων, mortuorum ψυχας, καλουντες: ex illa demum credulitate deducen-

deducantur! Saltem fidem PRIDEAVXII, in cuius auctoritate hic niti volebamus, nemo in dubium vmquam vocabit. Nam liber non ſolum ipſe, in quo, quae legiſti, videri poſſunt, ſeſe de meliori commendauit: BVDDEVS in *Iſagog. Lib.* II. *Cap.* VI. §. III. *pag.* 871. et Summe Venerab. WALCHIVS in *Bibliothec. Theol. Tom.* I *Cap.* V. *Sect.* IV. §. IX. *pag.* 886. 887; Sed quod de IVSTINO et CLEMENTE PRIDEAVXVS iudicauit, id ipſum etiam noſtri confirmarunt. Perpendas modo haecce Goettingenſis WALCHII verba, prolata *im zweyten Hauptſtücke, von dem äuſſerlichen Zuſtande der chriſtlichen Kirche, und insbeſondere den* II. *Abſchnitt von der Geſchichte der chriſtlichen Lehre im zweyten Jahrhunderte ſeiner Grundſätze der Kirchengeſchichte des Neuen Teſtamentes.* §. 3. *pag.* 96. 97. *Doch finden ſich auch Beyſpiele mancher ſehr erheblichen Irrthümer, in den Schriften* 1 *des Märtyrers* IVSTINI = 3. *des* CLEMENS *von Alexandrien.* Sed quid neceſſe eſt, vt alios hic excitem teſtes grauiſſimos, IVSTINVM MARTTREM inter plura, quae credidit fide bona, etiam ab aliis cogitata de daemoniacis, ſupra allegata, accepiſſe? Ipſe hoc nobis SEMLERVS ſuggeſſit. Producit enim verba illa. Productis vero illis, ipſe addidit: *Habet hoc* IVSTINVS *a gentilibus tractatoribus pag.* 18. *Diſſert.* SEML. No. 15. Similiterque noſtri deprecabuntur Theologi, ne ſuos SEMLERVS *Scholaſticos* Theologos, quos pag. 21. et 22. allegauit, pro teſtibus, gratis Theologis noſtris facileque et ſemper in hacce cauſſa admittendis, habeat. Habemus euim, ſi illud *generatim* ſcire cupis, cur apud Theologos noſtros nihil *Scholaſticorum* auctoritas valeat, LVTHERVM noſtrum, qui *Scholaſticorum theologiam ignorantiam veritatis, et inanem fallaciam adpellitauit,* horumque hominum ſtultitiam ſubinde acriter et merito impugnauit. Vid. IOANN. GVIL. ZIEROLDVS in libro: D. MARTIN LVTHERS *evangeliſche Aufmunterung zur Liebe des Wortes Gottes, wider das Ariſtoteliſch-Scholaſtiſche Chriſtenthum,* inſcripto, vbi dicta LVTHERI contra theologiam *Scholaſticam* diligenter ſunt congeſta. LVTHERO adiungere MELANCHTHONEM poſſumus, qui paſſim in ſcriptis ſuis in primis vero in *oratione* de *corrigendis ſtudiis,* quae *declamationum eius ſelectarum tom.* I. *pag.* 507. *ſeq.* exſtat, ineptias *Scholaſticorum* quoque caſtigauit. Scimus, quum vidimus, nonnullos *Scholaſticos* ob ingenium laudare, et ſubtilitatem in illorum operibus admirari, FRANCISC. BACON. DE VERVLAMIO recte atque apte de *augmentis ſcientiarum Lib.* I. *pag.* 15. 16. iam reſpondiſſe: *Aranearum telas ob ſubtilitatem itidem admirandas eſſe, quae nihilo ſecius ab omnibus, vt quisquiliae, remoueantur.* Et ad ingenium quod attinet illorum, ADAMVM TRIBBECHOVIVM noſtri Theologi legerunt: *Ingenioſiſſima quaeque, in Libr.* II. *pag.* 55. *de Doctoribus*

ctoribus Scholaſticis, dicentem, *ſi ab vſu hominum remota ſunt*, SALOMONE *iudice*, *vanitas ſunt et afflictio Spiritus*, *in quibus*, *qui laborem et operam conſumſerint*, *parum commodi conferent ad ornandam hominum ſocietatem*, *quin et animum ſuum tenui cognitionis radio illuſtrabunt.* Inanes de vocibus concertationes, ſeu logomachias *Scholaſticorum*, quae inter reliqua eorum vitia haud vltimum tenent locum, viderunt theologi noſtri, a SAMVEL. WERENFELSIO reprehenſas eſſe, in *diſſertat. de logomachiis eruditorum. Cap.* IV. §. XIII. *pag.* 92. Vt paucis, quae de infirmitate teſtimonii, a Doctoribus *Scholaſticis* petito, generatim ſint dicenda, omnia comprehendam atque complectar: ſuum Theologi noſtri BVDDEVM ſciunt, qui in *Iſagoge pag.* 425. *illos*, *cum quibus*, *tamquam haereticis*, *Scholaſtici collati* fuerunt, *pag.* 818. *nimium* illud, quod *Papae* attribuunt, *pag.* 398. *et* 1717. *vituperia*, quibus ſunt excepti, *pag.* 416. *abuſum* illorum, *pag.* 645. *et* 1126. *theologiam corruptam*, quae illis adſcribitur, *pag.* 352. nimiam illorum *curioſitatem*, *pag.* 584. *errores*, *pag.* 1126. *haereſes*, *pag.* 354. *et* 569. *ignorantiam* in rebus diuinis, *pag.* 61. 231. 243. 367. 386. 402. 404. 528. *ineptias*, *pag.* 37. *et* 237. *ſubtilitates*, *pag.* 297. *Pelagianismum et pag.* 636. *Scepticismum* illorum et longe plura, propter quae teſtes ſuſpecti fiunt, ſi allegantur, notauit. Sunt autem in *ipſa* illa doctrina, in qua ſunt teſtes conſtituti, *Scholaſtici* maxime ſuſpecti Theologis noſtris, et male audiunt. Praeter cauſſam, quam Summe Venerab. WALCHIVS noſter ſupra ſuppeditabat, *Scholaſticos* in hacce cauſſa ſat multas maximasque ſaepe ineptias protuliſſe: BECANVM illum modo iam commemorabo. Hic quemadmodum in pluribus ad partes Socinianorum accedit, vti patet ex IOAN. MVSAEI *Collegio controuerſiarum*, BECANO, WENDELINO, RELLIO, *aliisque Socinianis*, *oppoſito*; ſic noſtris etiam Theologis ob id ipſum diſplicuit, atque ab ipſis refutatur, propter quod etiam ergo contra SEMLERVM Cel. calamum quodammodo ſtrinxi. Vti enim SEMLERVS Cel. δαιμονας, dicit, *animas demortuorum* fuiſſe; ſic etiam BECANVS, ille *Scholaſticorum* doctor, putat, *ea ab animabus ſeparatis fieri poſſe*, quae ab noſtris Theologis daemonibus atque Diabolis attribuuntur. Vid. CALOVII *Syſtem. Locor. Theol. Tom.* IV. *Art.* I. *Cap.* III. *pag.* 299. *et* 300. Quis ergo Theologos *Scholaſticos*, teſtes, admittat? Nonne itaque et fides teſtium hisce debilis fit teſtimoniis, atque de nouo labefactatur, quos SEMLERVS Cel. ex aſſeclis Chriſti veteribus allegauit?

Cum autem teſtium nullum vidiſti ex priſcis atque veteribus productum, niſi Theologis ſuſpectum noſtris; tum illud maxime nunc nobiscum animaduertes, cum illos, quos ex *noſtris* atque *recentioribus* citauit Cel. SEMLERVS, quodammodo luſtrare velis. Quod quamquam poſſit vberius fuſiusque pertractari, quam animus

mus est et locus hic nobis: fretus intelligentia Lectorum meorum, id tamen dicam de *nostris* atque *recentioribus* testibus, quos laudauit, ex quo suspicio certo confirmetur, in quam adduximus iamiam testes Cel. Viri; si valeat non eo, vt illa etiam adaugeatur. Nam quis est, qui credat, aut cui modo in mentem queat venire, illum BALTHASARVM BEKKERVM nostris Theologis commendari potuisse, si, quid obsessus et daemon olim significauerit, paullo solidius, quam doctum est hucusque, intelligatur? Iure enim et merito, illum censeres, ne primis quidem labris, vt dicitur, scientias diuiniores gustasse, qui BEKKERVM illum, multa alia peccantem, nesciret in Δαιμονιῶν opinione turpissime labi. Et ita hoc quidem, vt, si a Viro Cel. discedas, tantum absit, vt vllus modo Theologorum recentiorum admittat illum in caussa obsessorum, vt quiuis illorum potius SADDVCAEORVM, POMPONATII, LVCILII VANINI, SPINOZAE atque BASNAGII, HOBBESII et STOSCHII, quam recte cuiusdam et solide sentientis fecerit mentionem, si suis in institutionibus forte ad illum BALTHASARVM BEKKERVM venerunt. Verbo, BEKKERVS hic ad illos ab omnibus referri Theologis nostris solet, quorum in doctrina de spiritibus tale semper et proh dolor! *extremum* fuit, vt *spiritus negauerint omnes atque omnino existere, aut eorum operationes in dubium vocauerint, hinc et, quicquid de spectris, magia et obsessis dicitur, inter friuola mortalium commenta aut male sanae mentis insomnia retulerint.* Ex omnibus istis, si quosdam quidam et principes nosse cupit, iam supra atque in *Prooemio* nostro, Summe Venerabil. WALCHIVM nostrum, BVDDEVM atque GRAPIVM, CALOVIVM, nec non SALOMONEM DETLINGIVM laudauimus. Vel si quis velit vetera scrutari, et ex his ea, quae olim Scriptores de spiritibus atque daemonibus prodiderunt, eruere conetur: quis admittet, quod ille Anglus Anonymus et auctor libelli: *an Enquiry into the meaning of demoniacks in the new testament,* litteris T. P. A. P. O. A. B. I. T. C. O. S. insignitus, de angelis atque obsessis collegit? Nam sufficit, cum summe venerabili Viro CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIO in §. XIII. *Cap.* V. *Sect.* VIII. *pag.* 347. *Compendii historiae ecclesiasticae recentissimae:* cum Beato BAVMGARTENIO *im* 10. *Band der Nachrichten von merckwürdigen Büchern:* cum LILIENTHALIO *in der guten Sache der Offenbahrung, part.* IV. *pag.* 717. *etc.* cum HENR. CHRIST. LEMKERO in *Praefat. Dissertationis de Daemoniacis, quam ipse, ex Gallica lingua conuersam, Tomo secundo operum* STAKHOVSIANI, *quo religio Christiana ab hostibus vindicatur, adiecit, p.* 321. *seq.* aliisque pluribus, fide dignissimis, Theologis commemorasse, STKESIVM fuisse scriptorem huius libri atque Londini anno CIↃIↃ CCXXXVII. 8. sine auctoris mentione prodiisse.

Sufficit, ex illo Compendio WALCHII, laudato, non finem tantum et *ſcopum* huius impii libelli, ſed et, qui *refutarunt* ſcriptum illud, videri atque cognoſci poſſe. *Scopum* libelli ſic decus illud academiae Goettingenſis et ornamentum eccleſiae, ſumme Venerabilis WALCHIVS, declarauit: *Exornare quidem* STKESIVS *illo libello ſtuduit antiquiſſimam nonnullorum religionis Chriſtianae hoſtium criminationem, recentiore aetate ſaepius renouatam et feliciter confutatam, homines* δαιμονιζομενους, *quos a Chriſto horrendo malo liberatos fuiſſe, diuinitus proditum eſt, non fuiſſe a malo genio obſeſſos; ſed morbi genere grauiſſimo adflictos, pag. citat.* De illis autem, qui reiecerunt STKESII libellum, Vir verba, quae ſequuntur, fecit: *Hinc gratias agendas eſſe, cenſemus,* THOMAE CHVNCHIO, LEONHARDO TWELSIO, THOMAE HVTCHINSONIO, SAM. PEGGIO, GEORG. GVIL. KIRCHMAIERO, *immo, quod mireris,* GVIL. WHISTONIO, *quod commenta* STKESII *refellenda ſuſceperunt et daemonis vocem in tota ſcriptura ſacra numquam morbi; ſed prauiſſimi ſpiritus nomen eſſe, exquiſitis argumentis demonſtrarunt, pag.* 347. *et pag.* 348. *Compendii citat.* Ne dicam, STKESIVM quoque ex aliis cauſſis Theologis noſtris ſuſpectum atque ex choro recte ſentientium diu ſummo iure eliminatum eſſe. Id quod non patet ſolum ex citato iamiam §. XIII. *Compendii* laudati; ſed ipſum illud nos etiam Theologus Goettingenſis in *diſſertatione de reſurrectione carnis* ſolidiſſime docuit. Conferatur *Praeſidis Sittenlehre Jeſu.* I. *Theil,* 2. *Abſchnitt,* 2. *Cap.* 1. *Abhandl.* §. 231-235. *pag.* 191-195. vbi *Socinianiſmus* STKESII, inprimis traditus in hocce libello: *The ſcripture doctrine of the redemption of Man by Jeſus Chriſt*, et falſae illius impiaeque explicationes variorum de *conuerſione et poenitentia* ſacrae ſcripturae locorum accurate atque merito coarguuntur. *Tandem* Theologum adſumas, in quo eſt ſtudium, illum de angelis atque de daemoniacis audiendi, qui riuulos non ſectetur, ſed ea potius ex fontibus hauſerit, quae de ſpiritibus atque obſeſſis tradit: quis eſt, qui non iniquo animo id ferat, ſi ab innumeris tam philoſophis, quam Theologis, qui hac in cauſſa feliciter atque cum maximo ſucceſſu occupati fuerunt, ad WETSTEINIVM mittatur? Nam *unter den Puncten, welche man dem Herrn* WETSTEIN *zu Baſel zur Laſt legte, war auch dieſer, daſs er die Wirkungen der böſen Geiſter in den Beſeſſenen, die Chriſtus befreyet, vor bloſe Krankheiten angegeben, welche ſeine irrige Meynung er* Tom. I. pag. 279-284. *weitläuftig vorgetragen hat.* Videantur *Weimariſche Beyträge zu den Actis Hiſtorico-Eccleſiaſticis, 3ter Band 5ter Theil 8te Lebensbeſchreibung, pag.* 736. Ex quibus verbis colligimus, WETSTEINIVM in ipſa illa cauſſa, quam SEMLERVS Cel. tractauit, noſtris Theologis ſuſpectum aeque odioſum fuiſſe. Si vero quis quaerat, quid de toto WETSTENIO

§. VIII.

Aliud, non prorſus atque ſilentio omni praetereundum, argumentum nobis ea, quae ſequuntur, ſuppeditabunt, teſtimonia, producta a SEMLERO, parum valere. Auctores citauit, et quaedam teſtimonia ex ſcriptis illorum pro ſua, in quam eſt lapſus, ſententia allegauit, de quibus tamen

Ad ſcripta Auctorum incertorum prouocauit.

STENIO Theologi tam fide probati, quam aequitate iudicaueriut; illum non tam ad *Acta Hiſtorico-Eccleſiaſtica*, quae modo allegauimus, quam potius ad ſumme Venerabil. CHRIST. GVIL. FRANC. WALCHIVM ire iubemus. In *illis* generatim haec leguntur: *Da aber Herr* WETSTEIN *in ſeinem Commentario bey aller Gelegenheit die Beweiſe vor die Gottheit Chriſti mehr zu entkræften, als zu befeſtigen bemühet iſt; ſo ſiehet man nicht, wie er von dem Verdacht des ihm angeſchuldigten Socinianismi vœllig frey zu ſprechen ſey, pag.* 735. Hic vero in V. *Cap. Sect.* IV. *et* III. §. *Compendii hiſtoriae eccleſ. recentiſſ. pag.* 225. talia de ſuſpicione protulit, in quam WETSTEINIVS generatim eſt vocatus: *Male*, inquit, WETSTEINIVS *de rebus diuinis ſtatuit: ab Arianis et Socinianis opinionibus parum alienus fuit, et eius exemplo colligere licet, Arminianos Belgicos nolle ſanctiorem diſciplinam in publicis ſcholis ſuis ab his tradi, qui tam grauiorum errorum ſuſpecti ſunt.* Conferatur HOFFMANNI, Theologi Vitebergenſis Celebratiſſimi, *Programma de Socinianismo, paſſim hodie graſſante.* Aſt factum eſt, quod omnibus et plane incredibile erat. Producti ſunt teſtes triumuiri illi, BEKKERVS, STKESIVS atque WETSTENIVS, vt vidimus, proh dolor! a SEMLERO, itaque vehementes commendati, vt non dubitarit, illos in hacce cauſſa *principes viros* nominare, qui de daemonibus atque abſesſis aut inter ſcriptores veteres deprehenderunt, aut etiam de ſuo contulerunt, pag. 6. *Diſſert.* SEML. Quid plura! Res eo vsque redit, vt cauſſam omnem, propter quam BEKKERVS tam male ab tota noſtra eccleſia et iure etiam et merito audiuit, ex eo Cel. SEMLERVS deriuare non dubitauerit: *Daſs er ſeine Meynung nicht blos*, vti SEMLERVS, *problematiſch vortrægt, und daſs er damit thut, als wenn er allein der Weiſeſte unter allen ſeinen Brüdern wære. Dies hat, welches wohl muſs angemerket werden, den Sturm wider ihn erregt, wodurch er endlich ſeine Stelle verlohren.* Vide SEMLERI *Anhang zur Abfertigung der neuen Geiſter und alten Jrrthümer in der Lohmanniſchen Begeiſterung zu Kemberg, pag.* 325. Quid ergo, ſi Theologis tota cauſſa daemonum atque obſeſſorum, quam in ſe SEMLERVS Cel. ſuſcepit, odioſa atque paullatim ſuſpecta videatur?

tamen dubium et id quidem non leue adhuc est, taliane opera vere illorum virorum sint, quibus adsignantur. Quis vero rem incertam incertis etiam testibus probabit? Vel si quis esset, cui tamen res indigna talis arrideret, et illud, in quo omnes erubescunt, non curaret; qualem fidem habebunt incerti illius ancipitesque testes, quos produxit? Nonne hoc idem atque perinde erit, ac rem, quae minime dubia erat, dubiam argumentando facere *b*)?

§. VIIII.

Pugnantia loquutus est.

Et quamquam id, quod multis nostrum leue esse solet, a me quidem aegre et difficulter impetrare possim, vt arguam scriptorem oppositorum et pugnantium, quae combinauerit: hoc tamen vitium erat ibi inprimis praetermittere, vbi cum tanto philosopho, argumentante, atque in tanta caussa agendum, quanta est illa, quam noster scriptor atque SEMLERVS Cel. tractauit. Ergo agam sic, vt ostendam opposita, quae copulauit SEMLERVS. Efficiam, saltem enitar illud efficere, vt testimonia, quae destruunt sese inuicem et pugnant, producantur. Quibusque euictis atque in lucem

b) Fecit hoc autem SEMLERVS noster. Nam, *homilia*, ipse infit pag. 21. *differt.* CHRYSOSTOMO *est falso tributa*, ex qua verba: μεγας ο δαιμων η αμαρτια, citauit. Ne dubia iam commemorem grauissima, quae circa *Catechesin* orta sunt, in qua το πνευμα ηγη η αμαρτια vocabatur. CYRILLO, Hierosolymitano, quidem illa plerumque attribui solet. Sed etiam fuerunt, qui tam vehementer dubitarunt, *Catecheses* illas a CYRILLO, Hierosolymitano, profectas esse, vt omnes ingenii neruos intenderint, vt probarent, *Catecheses ad competentes* non esse CYRILLI huius Hierosolymitani. De qua summa et inter Theologos grauissimos controuersia agitata, BVDDEVS et summe Venerab. WALCHIVS legi possunt. Quorum *alter* in *Isagoge* §. VII. *Cap.* I. *Lib.* II. *pag.* 348. inprimis vero in *addendis atque supplendis Isagog. pag.* 1812. nec non in *Institut. Theol. Dogm. tom.* II. *Lib.* V. *Cap.* I. *ad* §. XXIV. *pag.* 1586. *alter* autem in *Tom.* I. *Biblioth. Theol. Cap.* IV. *Sect.* I. §. I. *pag.* 446. *et pag.* 447. **) tam fuse atque solide rem tractauit, quam necesse erat, et postulabatur.

lucem prolatis, noſtris Theologis de *nouo* illud a SEMLERO nimium feſtinanter dictum videbitur, δαιμονας animas hominum morbosque grauiores fuiſſe. Quis eſt enim tam excors, quem illa moueant, quae pugnantia dicuntur *c)*?

§. X.

Ex his, quae hactenus nos ſingulatim diſputauimus contra teſtes Cel. SEMLERI, nunc formulas quasdam conſtituam, quae cauſſas *Memoriam ſaepe tantummodo oſtendit.*

c) Experiar itaque, quamquam leuior res ceteris ſit, animoque mihi opus ſit, paullulum tantummodo non repugnante, ad illa, quae ego quidem vidi, oppoſita in medium ponenda. Praeter multa atque innumera pugnantia, quae colligi poſſent ex dictis Cel. SEMLERI, ſufficiat modo, haecce inprimis animaduertiſſe: *Dari Spiritus atque daemones quosdam, quorum tanta poteſtas in animas hominum defunctorum ſit, vt eas ſibi ſubiectas habeant, et, quo ipſis videtur, corpore induant, pelli per luces et cruces in coemeteriis, et eiici a Chriſtianis ex animabus humanis atque ex locis, in quibus habitabant, poſſint: hoc*, inquit *pag.* 19. *Diſſertat. atque quodcumque, quod pertinet ad ineptam patrum daemonologiam, fatendum eſt, a Graecorum diſciplina derinatum eſſe.* Sed tantum abeſt, vt talem antea Graecorum diſciplinam magicam, quam vocat, qualisque illa eſt, quam hic adſumſit derinatam, tradiderit ſuis lectoribus, vt hancce potius nobis ſummam vulgatamque certe, et vſitatam Graecorum et Poetarum et auctorum olim de daemonibus diſciplinam oſtenderit: §. IV. *pag.* 5. *Diſſert.* Δαιμονας *fuiſſe et dici homines mortuos; quorum, quae ſuperſit, pars non mortalis, corporeis quaſi vinculis et limitibus iam magis ſoluta et humanarum rerum nexu non exeat, et operandi facultate iam maiore gaudeat, intelligendi et ſciendi praecipue vſu polleat, qui ad humanas iuuandas, impediendasque res maxime ab illis transferatur. Bonos homines poſt mortem bonos* δαιμονας, *malos autem malos fieri.* Addit pag. 7. eiusd. §. *hoc* πολλων, *vulgi, plebis maxime mentem his neoteriorum temporum inſtitutis adeo ſtudioſe impletam fuiſſe, vt vituperio locus repertus fuerit ex iſtius opinionis vehementia et peruerſitate:* δεισιδαιμων, δεισιδαιμονειν *diceretur, qui vulgatis ſententiis praecipue operam daret, fueritque ſapientibus non ignobilis eum ridendi et reprehendi materia.* Diſtincta itaque anima fuit a daemone in diſciplina Graecorum, et ſimul quoque eadem fuerunt anima et daemon ex mente huius Viri in diſciplina Graecorum. Quid itaque eſt certius, SEMLERVM Cel. idem eſſe dixiſſe, quod antea negabat? Vel non fortaſſe loquutus eſt etiam Auctor, quod ſentit, qui talia pugnantia dixit.

cauſſas generatim complectantur, cur nihil ſuis omnibus, petitis vndiquaque, teſtimoniis SEMLERVS effecerit. Primam in verbis, quae ſequuntur, quaero Beati BVDDEI: *Ex profanorum ſcriptorum, et quidem veterum, graecorum pariter ac latinorum, lectione, varia, quae interpreti ſcripturae ſacrae vſui eſſe queant, capi poſſe; itidem manifeſtum eſt, et viri doctiſſimi exemplo ſuo comprobarunt. At vero et illud euidens eſt, nonnullos, hic quoque in deuia abreptos, in tempeſtiua ſua diligentia effeciſſe, vt, pro laude reprehenſionem iuſtiſſimamque aliorum referrent caſtigationem. Nec vna ratione peccant, qui voces, aut phraſes formalasque, aut dicta et effata ſcriptorum gentilium, congerunt, dum ſcripturam ſacram explicare volunt. Nonnulli enim eruditionis, aut ſi mauis memoriae oſtentandae cauſſa id faciunt, variaque ex poetis, hiſtoricis, philoſophis ſine diſcrimine colligunt, quae, vt nihil vel parum lucis ſcripturae ſacrae adferunt, ita ad aliud quidquam non proſunt, quam vt commentarii molem augeant* d). Omitto periculum, quod imminet nobis a tali, qui hic perſtringitur, conatu. Nam ſummum eſt et maximum ex mente viri Beati. *Nihil*, inquit, *quantuscunque ſit ille conatus, ad rem facit, aut omnino lectores in errorem inducunt, qui agere ſolent illo, efficiuntque, vt aut verba ſcripturae, aut effata ſcriptorum gentilium, perperam intelligant, ſi aut haec in illius, aut illa in horum ſenſu, accipiant* e). Nec velim, quis vt hocce abutatur iudicio, quod de his et talibus conatibus fecit Theologus, BVDDEVS noſter: *Qua in re dum ita verſantur, vt aliquid proferre ſatagant, quod hucusque nemini in mentem venit: ſubinde a veritate longiſſime aberrant. Tritam enim, etiamſi rectiſſima ſit, non aliam ob cauſſam deſerunt, viam, quam quia, quae vſitata, quaeue quotidiana ſunt, non placent. Dumque adeo dicere volunt, quae ab aliis dicta non ſunt; dicunt aliquid, quod ſilentio premere*

d) *Lib.* II. *Cap.* VIII. §. XIII. *pag.* 1793. *Iſagoge.*

e) *Loc. et pag. Iſag. cit.*

mere ſatius foret, quam in lucem proferre f). At nemo, arbitror, conflatum mihi invidiam ibit, ſi duo tantum ſuperaddam hiſce BVDDEI cogitatis. *Nam in tanta re ius, fas eſt, rem ipſam eloqui, ne vana cuiusdam auctoritatis imago aliis obſit g*). Quorum *alterum* eſt, Cel. SEMLERVM ſaltem ſua δαιμονια atque δαιμονος notione ad illos pertinere, propter quos Theologus noſter hanc de nonnullis interpretibus olim acceperit iamiam opinionem: *Eos cumprimis, qui obſeruationes in loca quaedam ſcripturae ſacrae ſeorſim edunt, hoc ſibi datum credere, videas, vt aut ex ebraeorum, aut profanorum ſcriptorum monumentis, nouam quamdam lucem ſcripturae ſacrae accendant h*). *Alterum* vero: SEMLERVM Cel. ſi non quidem in omnibus, tamen in multis atque plurimis memoriam magis atque eruditionem, quam ipſam veritatem oſtendiſſe. Quod facile et ſine multa opera ab omnibus concedi debet, qui illa, quae diximus hactenus, et adhuc prolaturi ſumus in ſequentibus de teſtibus, a Cel. SEMLERO productis, accurate atque animo libero diiudicabunt.

§. XI.

Reliquas formulas verba CHRIST. WOLLII ſuppeditabunt. Quarum *altera* eſt: *In virtute memoriae non eſt excellentia hominis poſita eruditi - - Critica et philologica ſubſidia in tam clariſſima renatarum litterarum luce maxima hoc aeuo incrementa ceperunt. Magna eſt litteratorum hominum hoc aeuo cohors, qui antiquos Graeciae Latiique ſcriptores nocturna diurnaque verſarunt manu. - Non autem ſunt vnius eiusdemque generis omnes tales. In multis litteratos philologos, non autem exegetas atque interpretes videre licet. - - Incredibili ſaepius ſtudio et opera moleſte ſedula veterum compilarunt locos. Nihil crepant, niſi* PYTHAGORAM, PLATONEM,

Aliam paene de daemoniacis notionem ſuis productis teſtibus reddidit, atque in euangeliis inuenitur.

f) *pag.* 1794. *cit. Iſagog.*

g) Verba SEMLERI ſunt, quae hac in cauſſa protulit, *pag.* 19. *Diſſert.*

h) *pag.* 1794. *Iſagog.* BVDDEI.

NEM, ARISTOTELEM, AVERROEM, *et his profaniores auctores; ad horum dictiones et opiniones velut ad oracula obstupescunt, coelestem Christi philosophiam explicantes. Ita se gerunt aliqui, vt non condiant eam, sed prorsus reddant aliam i).* Quodsi philologi tales id tantum rei diuinae adiumentum conatibus adferrent suis, vt non aliam prorsus rederent Christi philosophiam; sed conderent modo et explicarent illam diuiniorem atque sublimiorem, in nostra sacra scriptura traditam, philosophiam; iudicium etiam WOLLII Beati lubenter hic facerem meum, quod tulit de talibus viris eruditis. Nam *non*, inquit, *autem nulli sunt hi litterati: caue hoc credas. Non sunt numerus: non sunt fruges consumere nati. Verum sunt illi hominum vere eruditorum mercenariae operae, qui eum, quem recusant illi, non inuiti denorant laborem, quo famae consulant obscuritati. Gratularer* etiam cum hocce nuperrime vita defuncto, Theologo Lipsiensi, *eruditis sacrorum Noui Testamenti voluminum enarratoribus de tot laboriosissimis operariis, qui ex auctoribus profanis φρασιν illustrant diuinam k).* At quantus est locus, atque quam tristis est caussa, quae datur Theologis, pie deque religione sapienter atque recte sentientibus, tunc omnem illorum operam memoriamque felicissimam, qua valent, deprecandi, cum ita vehementer et valde distinctio atque accuratio debitaque in rebus, quae ad auspicia diuina pertinent, explicandis, prudentia desideratur, vt, vero atque diuiniori sacrae scripturae sensu, derelicto, nobis prorsus alia atque cogitatio humana reddatur! Et metuo, ne idem de vi et potestate valeat, quam vidimus, SEMLERVM daemonibus atque daemoniacis attribuisse. *Prius* esse, id est, SEMLERVM Cel. non semper atque vbique cum felicissima memoria, qua valet, et industria impensa, quam rei huic tribuit, debitam etiam *ακριβειαν* coniunxisse; hoc certum est mihi et tam exploratum, vt iis, quae sunt in antecedentibus

i) §. XXIIII. *Introduct. in Hermeneut. N. F.*

k) pag. 30. §. *et Loc. cit.*

cedentibus euicta, illud iam satis confirmari queat *l*). Maxime autem, et vti ius et fas est fieri in re tanta, illud, credo, etiam iis probari posse, quibus caussa atque vltima nunc quoque formula erit constituenda, Cel. SEMLERVM parum suis testibus, productis, effeciisse. Quod autem attinet ad *posterius*, quod deprecandum, SEMLERVM Cel. vere in talem de daemonibus sententiam lapsum esse, quam, quia in sacra scriptura neutiquam inuenitur, omnes obstupescere debent, rectius de caussa Dei sentientes: hoc non tam locus erat in praesenti, vti debebat et poterat etiam fieri facile, declarandi, sed exspectat potius aliam, et proxime bono cum Deo habendam, dissertationem.

§. XII.

Constituatur ergo caussa illa atque vltima formula verbis WOLLII. Et talem habebis, si in SEMLERO, ille deprehendatur, qui id, quod voluit, neutiquam effecit: In vocum atque φρασεων significationibus, ex melioris notae auctoribus et aliis probatis subsidiis, accurate atque rite colligendis, *cauendum est* 2, *ne a viris litteratis, qui cum profana sacram composuerunt* φρασιν, *colorem nobis obduci, patiamur. Adsciuerunt sibi haud raro hypothesin aliquam: hanc munituri sunt testimoniis. Amor illius nimius dat iis verba, vt locos auctorum ad normam receptae opinionis suae explicent. Nec multitudine ac copia quisquam se obrui patiatur, sed ita videns eam, subducat rationes sapiens: vix ac ne vix quidem fieri potuit, vt vir aliquis tot ponderauerit testimonia, vt sciuerit, certo verum hunc sensum esse, quem ipsis attribuit. Forte nonnulla exscripsit ex aliis, plura, quae euoluit, sine iudicio in suos conuertit vsus. Constructionem forsitan neglexit. Non perlegit totos auctorum profanorum locos,*

Verbo: Non satis et semper ακριβως *processit* SEMLERVS *cel in testibus citandis.*

l) Conferantur, quae §. IV. et V. de poetis et oratoribus, quos citauit, §. VI. de laudibus atque vituperiis, effusis, §. VII. de suspicione, in quam testes producti, sunt lapsi atque §. IX. de pugnantibus, quae loquutus est, nos diximus.

ſed aliquam praetereundo particulam, a reliqua oratione ſciſſam. Veram igitur poteſtatem quum profanis auctorum locis haud attribuat, laborioſus cetera homo: qui poterit veram ſacrae Φρασεως notionem acu tetigiſſe m)? At paſſus eſt, proh dolor! Cel. SEMLERVS, colorem ſibi obduci a talibus viris nonnumquam litteratis, qui cum profana ſacram Φρασιν compoſuerunt. Nec ipſe SEMLERVS Cel. nec illi. quorum auctoritate inprimis nititur noſter, id eſt, SYKESIVS atque WETSTENIVS, ita ponderauerunt ſemper teſtimonia producta, vt ſciuerint certo, verum hunc ſenſum eſſe, quem ipſis attribuerunt. Tam SEMLERVS, quam SYKESIVS atque WETSTENIVS ex aliis nonnulla exſcripſerunt, pluraque, quae euoluunt, non ſatis circumſpecte ſuos ſemper in vſus conuerterunt: conſtructionem ſaepe neglexerunt: non perlegerunt totos ſemper profanorum auctorum locos; ſed aliquam tantum praetereundo particulam, a tota atque reliqua oratione abſciſſam. Qui, quaeſo, ergo potuerunt veram ſacrae Φρασεως notionem accurate perſpicere, quum dubium ſit adhuc, illos veram ſemper notionem et poteſtatem locis auctorum profanorum attribuiſſe *n*)?

§. XIII.

m) §. X. *Regul.* IX. *pag.* 191. *Introduct. in N. F. Hermeneuticam ſacram.*

n) Probabo ergo, id dubium eſſe. Adferam exempla, non debito ſemper ordine hos viros atque valide locis auctorum profanorum vſos fuiſſe. Producam teſtimonia, SEMLERVM Cel. illosque, ad quos prouocat, non ſemper perlegiſſe totos locos, quos citarunt. Frugifera tamen breuitas in tanta argumenti amplitudine praeſtabitur a nobis, colligamque etiam in varios quaſi locos ea, in quorum productione diſtinctio et neceſſaria ακριβεια deſideratur. Quod itaque 1) ad Graecos attinet homines, tam lingua quam religione tales, de quorum vocabulis et formulis loquendi maxime hic agitur, non opus eſt, talia exempla, quae promiſſa ſunt a nobis, hic diu atque multum quaerere *o*). Sumas ſcita *poetarum*, et ex iſtis, quid HESIODVS praeſertim cecinerit de genere humano: nihil hic animaduertimus eorum, quibus quis ſatis tuto queat inniti, ſi defendat, illorum primum HESIODVM fuiſſe, qui *mortuos* Δαιμονας dixerunt. Dicit: τοι μεν Δαιμονες εισι:

εισι: ſed non adfirmat: *mortui* τοι μεν Δαιμονες εισι. Διος μεγαλα διαβαλας, inquit, Φυλακες θνητων ανθρωπων ſunt: ſed nihil inuenio, ex quo pateat, HESIODVM finxiſſe: Διος μεγαλα διαβαλας *animae daemortuorum* εισι θνητων ανθρωπων Φυλακες. Hoc quidem vidi, HESIODVM dixiſſe: Οι ρα Φυλασσουσιν τε δικας και σχετλια εργα, Ηερα εσσαμενοι, παντη Φοιτωντες επ' αιαν. Sed vbi legitur: *hominis defuncti animum* id agere? Inſtas, hoc forſitan ex contextu patere. At

Vtinam ne in nemore!

Hunc ipſum deſideraui. Hic ipſe illud erat, de quo, omiſſo, querendum. Ab hoc nunc mecum ad HOMERVM pergas. Ecquis eſt ille, qui quandam modo veriſimilitudinem, ne dicam fidem vel certitudinem conſequatur, ſi non veretur ex hiſce verbis HOMERI: συγερος δε οι εχραε Δαιμων: vel etiam ex iis: quae ZACH. BOGAN. de HOMERO notauit, efficere, hunc vatem *animas* δαιμονας vocaſſe? Illo enim teſte, hic iam HOMERVS *morbum ingentem daemoni auctori* tribuit, et dixit: *irruerat in ipſum daemon infeſtus:* idem δαιμονιον ξεινων *admirabilem hoſpitem* appellat, et alibi *miſerum* ſic deſignat. Sit συχερος HOMERI Δαιμων: eſtne idcirco *anima*, quae vaticinatur? Tribuat HOMERVS daemoni, auctori, morbum ingentem: tribuitne propterea *hominis demortui animae* talem? Irruerit in ipſum daemon infeſtus: fuitne ideo et ſtatim *hominis anima* daemon iſte infeſtus? Sit miſer et admirabilis ille δαιμονιος ξεινος: ergone etiam *hominis morte defuncti, animus* ille fuit? Dicis, hoc, teſte ipſo SEMLERO Cel. *genere loquendi obſcure* eſt prolatum. Legi illud, et doleo ob id ipſum vices Cel. SEMLERI. Res enim poetarum occultas citare, nec illas ſatis in lucem proferre: hoc ipſum, quia poterat fieri contextus ope, et etiam officium erat, ab omnibus debet improbari. En, quam deſiderari antecedentia et conſequentia queant, ex quibus denique pateat, in his EVRIPIDIS verbis: ο θεος εις το σωμ' ελθη, dici: *in corpus intrat anima fatidica hominis mortui et vita defuncti!*. Eadem vis incerta teſtimonium B) in Scriptoribus proſaicis occurrit, ex Graecis a SEMLERO adlegatis. Potuit PLVTARCHVS *Sympoſ.* VII. 5. ſcribere δαιμονιζομενους *a Magis curari:* ſed ideo non dixit, neque quid auctor ſuppeditauit, ex quo efficiatur, PLVTARCHVM opinatum fuiſſe, δαιμονιζομενους *ab animabus mortuorum* impediri atque turbari. Dixerit THALES, quia modum loquendi philoſophorum negligere non licet, *mundum* hunc noſtrum *daemoniis impletum* eſſe: defenderint poſt PYTHAGORAM manichaei:

ὁ ἀηρ ψυχη εστι ανθροπων και ζωων: scimus, PORPHYRIVM, affirmasse: και αυται ψυχαι αερωδεις, και εξ αερος εχειν την ϑσιαν ὑποπλευθησαν: hoc vnicum autem est, quod desideramus: SEMLERVM Cel. quemadmodum in pluribus et aliis etiam testimoniis; sic etiam in hisce collectis atque prolatis a fine atque scopo, quem ipse sibi praefixit, declinasse. Falsam hi quidem philosophi sententiam, consuetam tamen hominibus, a vera religione auersis, de indole atque natura animarum humanarum atque daemoniorum produnt. §. IIII. Sed id, quod auctor Cel. volebat ex hisce locis probare, non patet ex illis. Non dicunt, mundum impletum talibus daemoniis esse, quae olim animae hominum fuerunt: non inuoluunt, animam illam, ex aere constantem, Philosophis idem, ac daemon est, olim significasse. Concedam, caeteris paribus, vti dicunt controuertentes, PLATONEM *daemonum et magiae quasi sensu animos hominum grauiter imbuisse, imo quoque impleuisse*: et quid SEMLERVS Cel. tum habebit? Maxima est enim et diu inter Theologos grauissimos agitata controuersia: *vtrum Daemones Platonicorum Angelis accensendi, aut verae creaturae sint?* Quod ipsum, si a nemine negatur atque in dubium vocatur, illud saltem et quidem CALOVIVS atque MOSHEMIVS contra GROTIVM atque MARSILIVM FICINVM, vehementer et etiam atque etiam improbauerunt. *Ille in Tom. IV. System. Loc. Theol. Artic. I. Cap. 1. Quaest. III. Hic* in (1. et 2.) Not. ad §. XXXII. Cap. V. et sect. III. Syst. CVDWORTH. *intell.* pag. 1081. 1082. Idem de dictis ARISTOTELIS valebit excitatis. Si effici quid queat ex sequentibus verbis Stagyritae: Φυσιν δαιμονιαν esse: et ζωα et daemonia ex simplicibus σωμασι constare, atque solita ϑσιας dici: hoc erit, quod concedo, colligi posse ex istis: δαιμονια ϑσιας esse atque ex simplicibus σωμασι constare, quem ad modum tota Φυσις etiam ex rebus simplicibus sit conflata Quod lubenter et salua re nostra concedere possumus, quam contra Cel. SEMLERVM defendimus, si σωματα simplicia sint monades atque entia simplicia, quae hodie plerumque a philosophis creduntur, atque illi, qui dicunt, δαιμονια ex simplicibus σωμασι sunt conflata, opinati fuerint: δαιμονια *naturam atque indolem rerum, quae hodie entia simplicia vocantur, habent.* Saltem certo scimus, ϑσιας ARISTOTELIS hisce accenseri debere. Idem enim το απλουν significauit, quod nihil admixtum habet alienae naturae, nec concretum est. ϑσιαι autem απλα opponuntur γενεσει veterum philosophorum, quae *idem* ipsis, ac illud fuit, *quod ex pluribus initiis conflatum et generatum fuit.* MOSHEMIVS in 3. Not. ad XXIV. Cap. IV. pag. 491. *Systemat. a Intell.* CVDWORTH. Nec est, vt victas

manus

manus praebeamus, si σωματα *simplicia* communi vsu loquendi adsumantur, atque idem, quod entia simplicia, physice, atque pro atomis EPICVRI vsurpata, indicent nonnullis. Tunc enim δαιμονιοις natura quidem attribuitur, quam non habent; sed non dicuntur animae hominum, vita defunctorum, esse. Conferatur, quod supra vidimus, MOSHEMIVM in hac caussa dixisse atque statuisse. Mallem etiam SEMLERVS aliud quoddam produxisset, atque ille locus erat, quem *de Daemone* inter κληρους Aegyptiorum ex VRTTIO VALENTE adscripsit pag. 8. Differt. Ipse enim SEMLERVS nil inde, nisi hoc, concludit: *Itaque mania et insania* δαιμονι *tribuebatur:* quod multis conceditur ex nostris daemonibus, licet ab hominum animabus valde atque vt coelum a terra distinguantur. γ) Iam ad *medicorum* et *Physicorum* sermonem attendemus. Vtque intelligatur, quam valde quis iudicium atque acumen queat in hisce atque talibus desiderare testibus, citatis; prouoco modo ad haecce de *sacri morbi* nomine ex ARETAEO allegata verba: δαιμονος δοξης, εις τον ανθρωπον εισοδε. Quis est, qui hoc in loco daemonem talem, qualis est *anima demortui*, deprehendat? Ipse Vir Cel., ingressum hunc daemonem in τον ανθρωπον, inquit, ab vulgo Graecorum separatum atque distinctum esse ab anima, quali homo gaudet: et tamen produxit locum, ad corroborandum, vulgatam esse Graecorum et poetarum et aliorum auctorum sententiam, Δαιμονας animas mortuorum fuisse. Vbi acumen? §. IX. Plura videbis rei, quam defendo, documenta, si haecce etiam velis effata, collecta ab SEMLERO, contemplari: APVLEIVS de herba Artemisia, forsitan Graecis quoque notissima atque vsitata: *fugat et daemonia*, in domo posita. Et alibi: si infans contractatus fuerit, herba Aristolochia suffumigabis infantem, hilarem facit et conualescit infans *fugato daemonio.* ARISTOTELES de lapide quodam Nili συντελει δε και τοις δαιμονι τινι γενομενοις κατοχοις. THRASYLLVS et auctor de Huuiis, ποιει αρισα προς τας δαιμονιζομενας; simulac enim naribus admouetur, απερχεται, εξερχεται το δαιμονιον. STRABO, οι κατεχομενοι υπο της δαιμονος ταυτης απαδεις. DIOSCORIDES βαμνος, - - ωφελει προς φαρμακα - - και προς πονον κεφαλης, και δαιμονας και εκπομπας. Similiter de βδφθαλμω ποιει προς τας φοβας και δαιμονας. PLOTINVS Ennead. II, 9. 14. υποσησαμενοι τας νοσους δαιμονας - - σεμνοτεροι μεν αν ειναι δοξειεν παρα τοις πολλοις, - τας μιεν τοι ευφρονας και πειθοιεν etc. PSELLVS ετερ ἀττα πειθουσιν ημας φρονειν ιατρων παιδες, ὑ δαιμονων εχονει τα παθη ταυτα λε-

γοντες

γοντες εἶναι. Scio, quid hiſce atque talibus, fruſtra et ſine omni fine allegatis teſtimoniis, voluerit Cel. SEMLERVS efficere. Non hoc, vt certum fiat, δαιμονας Graecis *demortuorum animas* ſignificaſſe. Quis hoc ſibi perſuadebit, cum verbulum ne quidem exſtet in locis hiſce collectis, ex quo illud efficiatur. Nouimus, SEMLERVM Cel. multa legiſſe et peruoluiſſe. Hoc iterum atque de nouo nos voluit docere. Quocirca ad *Rabbinorum et Talmudicorum* ſententias progrediar, II) quas hic SEMLERVS Cel. adſcripſit, vt de neglecta ακριβεια ſummatim conſtare poſſit. Ipſe SEMLERVS Cel. breuior fuit hac in cauſſa. Pauca itaque erunt, quae ſuperaddi productis debebunt. Interim tamen adſunt huius rei exempla nonnulla. Perpendas modo haecce allegata: MAIMONIDIS ea eſt ſententia in *Sabb.* II, 3. *Spiritum malum vocant omnes ſpecies morborum, qui vocantur Melancholica.* Quinam illi fuerint, qui *vocant* Spiritum malum tales ſpecies morborum; MAIMONIDIS ne ipſius, an aliorum ſententia id fuerit? et ſi hoc; talesne fide digni fuerint illi, an ſuſpecti? hoc neque ex effato MAIMONIDIS, allegato, patet, nec ipſe SEMLERVS Cel. vti debebat, extra dubium poſuit. Idem, ni fallor MAIMON in *Erubbim* III, 4. nil contra nos et noſtram veriorem notionem δαιμονιϖ ſiue δαιμονος, effecit, cum *Spiritum malum*, inquit, *omne damnum vocant, quod non venit a manu hominis ſed alia, quaecumque illi fuerit, cauſſa.* Incertus enim eſt auctor horum verborum, dubia mens illorum; ſiquidem ſpiritum malum, Theologi quoque noſtri, damnum, quod non venit a manu hominis, poſſint quodam modo et ſenſu faniori vocare. Molem ergo commentarii augebant. Quibus nihil efficientibus teſtimoniis, tandem atque III) nonnulla etiam adiiciam, quae Vir Cel. ex ſcriptis collegit *Chriſtianorum*, et quo inprimis haecce referri mihi quodam modo videntur, §. VIII. (15.) Diſſert. citata: α) Ex patribus eccleſiae ATHANASIVS de *incarnatione* verbi: Διαβολος εκπεσων απο τϖ ϖρανϖ περι τον αερα, τον ὡδε κατω, πλανατας, κακη των συν αυτω δαιμονως ἐξϖσιαζων, Φαντασιας μεν δι αυτων ενεργει τοις απατωμενοις. AVGVST. in Pſ. XC, (91. Hebraice) ſermone I. *recte hic intelligimus per daemonium meridianum, vehementem perſequutionem.* β) Ex *Scholaſticis*, vti dicuntur, doctoribus. *Magiſter ſententiarum: Vtrum daemonia, ſecundum ſubſtantiam fuerint ingreſſa, an propter mali effectum dicantur ingreſſa, non adeo perſpicuum eſt.* GENNADIVS. *Daemones per energiam, non credimus, ſubſtantialiter illabi animae, ſed applicatione et oppreſſione viri.* BEDA de *Anania*: *Notandum, quod mentem hominis iuxta ſubſtantiam nihil implere poſſit, niſi creatrix trinitas - - daemones non ſubſtantialiter intrant corda hominum, ſed propter malitiae effectum.* De quibus

pelli dicuntur, cum nocere non ſinuntur. ALEXANDER AB HALES. *Miſſio in cor Iudae non fuit per eſſentiam aut ſubſtantiam; ſed per operationem. Vnde gloſſa ſuper Habac. 2.: - poteſt aſsidere ſimulacris ſpiritus immundus, ſed intrinſecus eſſe non poteſt.* BONAVENTVRA *concedit id quidem de corporibus humanis, ſed negat de animabus: - - Concedendae ſunt rationes, oſtendentes, quod animabus humanis illabi non poteſt malignus ſpiritus.* Quod dicit gloſſa (ad Luc. 4.): *intrauit diabolus* &c. *dicendum effectum ſeu conformitatis malitiam.* Miror, hos locos a Viro Cel. allegatos eſſe. Ab alio, quam a SEMLERO Cel. illos exſpectaueriin. 1) Non eſt Theologis noſtris, in doctrina de daemonibus conſtitutis, ſermo de modo operationum diabolorum, qui vtique vbiuis non conſtat; ſed de operationibus ipſis. 2) Non quaeritur de difficultate percipiendi, quam itidem lubentet concedunt, ſed de ipſa rei veritate, quae ob difficultatem non ſemper in dubium eſt vocanda. 3) Non eſſe ſermonem, didicimus, Theologis de variis illuſionibus, imaginationibus, falſisque praeſumtionibus, aliisque praeconceptis ac minus fundatis opinionibus et iudiciis, quae omnia circa diaboli operationes dari, non negant noſtri, ſed de veris illis daemonum operationibus, et an illuſiones quaedam, praeſumtiones ac praeconceptae quaedam opiniones ſtatim omnes daemonum operationes tollant? 4) Dantur quidem atque defenduntur a Theologis noſtris operationes Diaboli in animam hominis; ſed non quidem phyſice, atque adeo non ſic, ut vnum impenetrabile, quod daemon ſit, alteri impenetrabili et vero enti, quod anima dicitur, inſideat atque inexiſtat, ideoque ens finitum, quod daemon vocatur, non circa limites alterius entis finiti, ſed in illo ipſo πῶ, vbi alterum exiſtit, varias producat mutationes, quod omnino contra prima philoſophiae ſanioris principia crederetur atque doceretur. 5) Non ſemper diabolus *immediate* operatur ſecundum Theologos noſtros in intellectum patientem, quippe qui ſolus illis intellectionem elicit, nec recipit intellectus patiens ſpecies intelligibiles ab illo, ſed a ſolo, vt aiunt Theologi, intellectu agente. Interdum quoque *remote* atque *mediate* tantum in animam agit humanam, proponendo et ſuadendo obiectum appetibile, in organa ſenſoria agendo, et ideas materiales, ope nerui ſenſorii, in cerebro et hine prauas cogitationes ad malum ſollicitantes, in anima excitando. Quae omnia neque SEMLERVS Cel. perpendit, neque videtur BALTH. BEKKERVS de illis ſatis et ſemper cogitaſſe. Saltem crediderim, fieri non potuiſſe, vt modo allegata teſtimonia SEMLERVS Cel. citauerit, ſi hoc, quod omnia ſyſtemata Theologorum inculcant, ſecum recta via reputaſſet. Nihil hic dicam de *hirſutis* atque *piloſis rebus*, *nihil de nocturnis matutinisque daemonibus*, quorum SEMLERVS, vt verae de daemoniacis ſententiae odium conciliaret, fruſtra fecit mentionem. Eſſe hanc autem, quam tradidimus, ſtabilem certamque ſententiam, quam a maioribus accepimus de energia diabolorum, de hoc

§. XIII.

Ad aliam et veram δαιμονος atqut δαιμονια notionem commonstrandam

Sic fata *documentorum* et *testimoniorum* ibant, quibus vsus est Cel. SEMLERVS, δαιμονας olim animas fuisse. Quaedam illorum per se nihil probabant. Concedi enim nonnulla poterant; sed confici ex his complexio negabatur (§. XII). Cetera ob causſas, quae extrinsecus adhibebantur, atque vel ab auctore ipso, vel ab ipsius testibus sumebantur, dirimi poterant atque infirmari. Si tuum enim animum ad ipsum auctorem Cel. attendas, et illud, quid effecerit in testibus suis producendis, paullulum repetere tua memoria velis; quis laudes poterat atque praedicationes perferre perpetique, quibus suos extollebat (§. VI.)? Ne dicam de pugnantibus, quae Vir Cel. interdum eloquebatur. (§. IX.) Si ab auctore ipso discedis, atque nobiscum te ad testes conuertas, quos produxit; quam leues atque vani natura illi erant! Quis a Theologo PORPHYRIVM illum atque PHILOSTORGIVM, quis inter testes SYKESIVM atque BEKKERVM ipsum in *causſa obsessorum* exspectasset? (§. VII.) Fata ergo

dubitare ille tantummodo et demum aliquando poterit, qui totus in theologicis alienus et plane inermis atque nudus existit. Dantur autem interdum tales. Quos ex *veteribus* ad ipsum nostrum MELANCHTHONEM de *anima pag.* 95. ad ZACH. GRAPIVM in *Syst. nouissim. controuers. Tom. II. Cap. III. Quaest. IX. §. II. pag.* 85. *et §. III. pag.* 89. ad ABRAHAM. CALOVIVM, in *Tom. IV. System. Loc. Theologic. Art. I. Cap. III. pag.* 330. 331. *et* 335. et ad BALTHAS. MEISNERVM mittimus, quippe cuius *Philosophiae Sobriae, part. II. sect.* II. *Cap. II. Quaest. I. id inprimis debemus, vt varias* imaginationes et falsas opiniones, quas hac in causſa Pontificii adamant, diligenter exposuerit. Ex *recentioribus* autem illos ad Summe Venerab. nostr. IO. GEORG. WALCHIVM in *Lex. Philosoph.* Art. *Engel. pag.* 735. ad IO. PETR. REVSCHIVM, in *Introduct.* in *Theolog. Reuelat. Cap. IX. §. CCIV - CCXXII. p. m.* 376. 377. *§. CCLXXXX. - CCLXXXXII. pag.* 486. *et pag.* 492. *mih. vsque*, collat. *Pnevmatic. hypothetica* Viri Beat. vbi *§.* 1162.-1202. fusius hac de re actum fuit; atque ad IO. ERN. GVNNERVM, in *Instit. Theol. Dogmat. Art. II. sect. II. med. II. §.* 117. pag. 437-438. mittimus, vt respiscant.

ergo *ipsius notionis* tantummodo restant, quam auctor Cel. huic vocabulo subiecit. Eadem erunt, atque testimoniorum citatorum. Diluere enim atque infirmare argumentando cuiusdam rei confirmationem, id ipsum dialecticis iam iam est, rem reprehendere confirmatam. Vt modus autem omnis adhibeatur reprehensionis, aliam ponam argumentationem, eamque paullo firmiorem contra illam, in quam a nobis hactenus animaduerti debebat.

§. XIIII.

via sternitur atque praeparatur.

Quem ad modum vero in omnibus negotiis, rite peragendis atque suscipiendis, praeparatio quaedam solet adhiberi; sic etiam existimamus, in nostra caussa quaedam praefinienda atque praemittenda esse. Ne autem culpa nos ipsos videatur redarguere, quam aliis exprobrauimus: duo praefabor, quae, quod corroborabimus, non parum alleuabunt. *Alterum*, res notioque δαιμονος et δαιμονια ipsa erit. accuratius constituenda atque definienda, quam ibimus contra SEMLERVM Cel. confirmatum. *Alterum*, quales sint testes, et quonam illi ordine nobis sint adhibendi, ante declarabit.

§. XV.

Quapropter primo origo huius vocabuli demonstratur.

Nec vnica, nec leui caussa eo adduci potui, vt eam, quam probabo, δαιμονος et δαιμονια notionem constituerem ante atque declararem. Grauitas rei, obscuritas atque ambiguitas vocis, fata, quae manent atque difficultates, si, quod non satis definitum atque explicatum fuit, nunc ipsum nobis veniat probandum: quem haec et plura alia, quae poterant adferri, non mouebunt, vt, quod sibi probandum sumsit, explicet satis atque constituat accurate. Si ετυμον modo vocabuli sumas: in quanta Critici varietate atque dissensione sunt constituti! Vt molestum sit, sententias eorum omnes enumerare. Hoc addo tamen, non omnes, originem huius nominis euoluturos, illud a verbo δαιω vel δαειω,

disco, deduxisse. Voluit id autem Cel. SEMLERVS *o*). Dantur etiam, qui illud a δαίω, *diuido*, mutuarunt: vel, quia homines in certa determinataque genera diuiserunt: vel, quia intermediae, diuidentesque ab homine Deum, creaturae vocandae: vel, quia diuisa qualitas illis esset. Sunt, qui a quodam antiquo verbo Graecorum, δαιμω, deriuarunt, quod idem atque γιγνωσκω, vel επιςαμαι, *cognosco* atque *peritus* sum, siue *scio*, fuit. Nouimus, qui απο τȣ δασασθαι illud sumserunt, quod sint διαιτηται καὶ διοικηται των ανδρωπων, *hominum arbitri* et *administratores*. Denique quoque patres nonnulli ecclesiae inueniuntur, quos talem huic vocabulo, constat, originem cum EVSEBIO attribuisse, vt illud απο τω δειμαινειν, *terrere*, flexerint: quia nonnulli illorum κακοδαιμονες erant, atque pro spectris et hominum terriculamentis habebantur. Quod *perperam* tamen fieri, CALOVIO *p*), non tantum, sed WALCHIO etiam summe venerabili videtur *q*). Si ad notionem ipsam, huic verbo subiectam, mentem nunc tuam et animum aduertas: quam variae sunt de illa, quamque discrepantes hominum doctissimorum sententiae! vt rem vere et optime tetigisse nobis LVDOVICVS VIVES videatur, dum, *in istis*, dicit *r*), *de Diis deque daemonibus sententiis mirum, quam inter se discrepent homines eiusdem haeresis; Alia sentit* APVLEIVS, *quam* PLATO, *alia* PLOTINVS, *quam* APVLEIVS; *diuersa ab iis* PORPHYRIVS, *nec cum* IAMBLICHO *aut quoquam alio in omnibus conuenit* PROCLO; *nimirum daemonibus ipsis pro natura sua varia illis et fallacia dictitantibus*. Quid? quod LACTANTIVS ait *s*): *homines, cum nomen daemonis peruersi ignorarent, fortunae vocabulum inane finxisse*: atque ad hoc *Euri-*

o) Dissert. §. IV. N. 4. pag. 6.

p) *Tom.* IV. *Syst. Loc. Theol.* Art. I. Cap. I. pag. 14.

q) in *Lexic. Phil. art. Daemon.* pag. 467. et 468.

r) in *August.* IX. *de C. D.* Cap. XI.

s) *Libr.* III. Cap. vlt.

EVRIPIDIS auctoritate confirmandum, illos citauit verſus, vbi EVRIPIDES homines inducit:

Falſo putantes eſſe daemonum genus
Fortunam et ipſis prouidere ſingula t).

Tantum valuit lis motaque controuerſia de daemonibus! Atque qui fieri etiam poteſt aliter, cum verum ſit iam de anima noſtra, ſi a principiis diuinioribus diſcedas: *quot homines, tot ſententiae, falli igitur poſſumus u).* Quae tamen anima ſaepius praeſentiam ſuam totoque quaſi die declarat.

§. XVI.

Nec non controuerſiae poſſibiles que quaeſtiones de daemonibus repetuntur.

Quae controuerſia de vi atque valore vocabuli δαιμονος, inter tot tantosque viros, tamdiu ac multoties agitata, magno ſimul tam nobis, quam et SEMLERO Cel. poterat eſſe argumento, hanc cauſſam, id eſt notionum, cum voce δαιμων atque δαιμονιος copulatarum, varietatem atque multitudinem nec ſuſcipi, ſi agitur, tamquam deſertam atque relictam ab eruditis; nec vnicum manere, in quo, ſi quis de vera atque propria huius vocabuli notione quaerit, ipſi ſit ſubſiſtendum. Quam multi ſunt illis omnibus adiungendi ſuperaddendique teſtibus, quos Cel. SEMLERVS produxit, Theologique pariter atque philoſophi, qui operam ſuam in vnicum id, et quidem ſaepiſſime omnem contulerunt, vt varias huius vocabuli notiones nobis atque ex probatiſſimis auctoribus enumerarent. Sed primo in hoc non ille labor ipſe, quem ſuſcepimus, atque negotium omne conſiſtit, nobis peragendum. Deinde et melior locus in poſterum dabitur, (vbi teſtes nempe deſcribendi, quibus noſtra notio nitatur et ordo delineandus, in quo ſint producendi), nonnullos ex illis commemorandi, qui rei huius taliumque notionum hiſtoriam accuratius et paullo etiam ſolidius repetierunt, quam a SEMLERO Cel. eſt factum. Et ſic tota quoque

t) in *Hecuba.*

u) CICERO Lib. I, de *finib. bon. et mal.* confer. Lib. I. *Tuſcul. Quaeſtion.*

quaeſtio de daemonibus diuidi in varias partes poterit, imo iam ſaepe diuiſa fuit. Nam et de natura et indole δαιμονων, et de figuris atque corporibus illorum, et de locis atque ſedibus, et actione vitae atque muneribus multa dicuntur, deque his ſumma Theologorum atque philoſophorum diſſenſione certatur *x*). Quod vero maxime rem cauſſamque continet, eſt, vtrum vocabulum δαιμων atque δαιμονιος res ſemper vnius eiusdem que generis inuoluat: an hoc vocabulum ab omni inconſtantia atque varietate notionum vacet: an contra ſit πολυσημον verbum: et multis atque variis rebus, indicandis et exprimendis, ſit ſubiectum? et ſi hoc forſitan poſterius ponendum; quaenam et quales ſint illae: vtrum res illae eadem ſemper et pari ratione indicentur a vocabulo iſto: an quaedam ex illis detur. quae, niſi ſit fixa et conſtans ſemper, ab hoc tamen vocabulo plerumque inuoluatur, omniumque reliquarum frequentiſſima ſit vocanda, et quaſi pro vulgari agnoſcenda? in primis magna diſſentio eſt: eaque niſi accuratiſſime diiudicetur, in ſumma atque inextricabili difficultate, neceſſe eſt, nos in controuerſia perpetua verſari.

§. XVII.

Nunc autem notio ipſa huius vocabuli indicatur, quae probari debet.

Eſt autem δαιμων ſine dubio quoddam πολυσημον verbum *y*). Adeo ſcimus, hocce vocabulum res multas atque varias indicare poſſe, vt me quoque non fugiat, illud interdum animas humanas ſignificare *z*). Sed certus ſum etiam, res illas diſſimili atque diſpari ratione nobis ab hacce voce exhiberi. Datur res enim quaedam atque notio, quae, quamuis non ſit fixa et cum voce δαιμων ſemper copulata, plerumque tamen apud auctores veteres obtinet locum, et quaſi pro vulgari habetur.

x) Vt *Scholaſtici* in aliis; ſic etiam in hacce cauſſa nimis curioſi erant. Summe venerat. WALCHIVS in *Lex. Phil.* art. *Geiſt.* pag. 1129.

y) CALOV. *Syſtem. Theol. Loc.* Tom. IV. Art. I. Cap. I. pag. 14.

z) Summ. Vener. WALCHIVS in *Lex. Phil. Art. Daemon.* pag. 467. 468. confer. CALOV. in loc. cit.

tur. Tantum abeſt autem, vt mens et anima humana res illa ſit, quam veteres καὶ ἐξοχην ſubiiciunt huic vocabulo, et quae ab illis pro vulgari quaſi habetur, vt δαιμων tantum improprie et minus vſitate, verbo, rariſſime idem, quod mens et anima hominis, olim valuerit. Quod etiam ex eo omnibus, qui veteres ſine praeiudicatis opinionibus legunt, aliquo modo datur, colligere, quod veteres το καταχθονιον addebant, atque de καταχθονιοις daemonibus loquebantur, ſi δαιμων ipſis animam quoque atque interdum mentem ſignificare *a*). Quae atque qualia additamenta non noſtris ſolum, ſed priſcis quoque temporibus vim atque poteſtatem limitandi vſitatas verborum ſignificationes, easque paullulum permutandi habebant. Ne dicam de poetis, animam hominis plerumque atque tantummodo per daemonem reddentibus. (§. IV.). Quod, quia iſti raro propriis verborum notionibus vtuntur, ipſum iam poterat argumento eſſe, illam non propriam atque veram notionem fuiſſe. Quae propria huius vocabuli notio mihi videtur, quae omnium vſitatiſſima apud ſcriptores veteres dici debet, et quaſi pro vulgari habetur, ea, niſi me fallunt omnia, in hoc conſiſtit, vt, ſi verbis CLEOMBROTI apud PLVTARCHVM vtar, γενος των δαιμονων εν μεσω Θεων καὶ ανθρωπων ſiſtendum *b*). Si vero cum PLATONE loquendum, παν το δαιμονιον nobis eſt μεταξυ Θεȣ τε καὶ θνητȣ *c*). Cum qua deſcriptione conuenit illa, quam GASSENDVS dedit, *daemones*, ſcribens, *ſunt in immortalium mortaliumque confinio d*). Eandem atque propriam, quam probabo, notionem δαιμονος atque δαιμονιȣ etiam viri ſumme Venerabilis, WALCHII, verba inuoluunt: *Die ſchlechterdings und eigentliche Dämones hieſſen, waren die, die den Goettern ſo wohl, als den menſchlichen Seelen entgegen geſetzt worden d*). Nec tandem

a) Summe Ven. WALCHIVS loc. cit.

b) de *Oracul. defect.*

c) in *Sympoſio in perſona Diotimae.*

d) in ſuis *Operib. Ethic.* Lib. III. Cap. IIII. pag. 849. b)

tandem me quis aduersarium atque dissentientem habebit, si WOLLII verbis illam vim exprimat atque notionem, quam crederem saltem ego, veterum daemonibus tamquam propriam atque vulgarem attribui posse. Nam, *plerumque*, vir inquit beatus, *vsurpatur vox δαιμονιϱ de quadam natura, Deum inter et homines media seu bona, seu mala* e).

§. XVIII.

Et primo ad conditores lexicorum eorumque de daemonibus iudicium attenditur.

Testes itaque restant *ordinandi* atque *formandi*, quorum fide nitatur res nostra atque Christianorum. Sed tria nobis euitanda sunt inprimis ex multis illis et omnibus, quae nocebant Cel. SEMLERO in testibus, producendis atque constituendis. *Primo* non omnes se SEMLERI testes medios gerebant. Sed multi illorum ad hanc vel illam caussam, quae defenditur in doctrina de daemonibus, nimis interdum atque magnopere inclinabantur (§. VII.). Quod vitium autem, cum illud neque leue dicendum, neque pro tali habeatur, quod hac in caussa nulla ratione declinari possit; idcirco non a nobis modo, ab omnibus debet summo studio vitari, qui rem et caussam hancce bene atque feliciter tractare volunt. In hoc itaque omne positum fuit, quod rationis habuimus, cur *primo* et maxime in illud diligenter et sedulo inquisiuerimus, quod nobis *conditores lexicorum* de vi et potestate huius vocabuli tradiderunt. Quemadmodum enim in genere *lexicorum conditores* eximiam atque insignem vtilitatem praebent in explanandis quibusdam difficilioribus verbis *f*): sic exigit quoque id inprimis natura atque indoles illorum, vt hese nullam in partem debeant mouere. De his inprimis debet et potest etiam plane valere, quod de se COTTA apud IVLLIVM dicebat. Hi sic ad suas, quas instituunt, disputationes adgredi debent, quasi nihil vmquam

e) in *Prim. Part. Obseru. sacr. Obseru.* XXVIII. §. VIII. pag. 287.

f) ANTON. BLACKWACK|WALLI *Critic. sacr.* Tom. II. part. I. Cap. I. pag. 145. Verf. CHRIST. WOLLII.

vnquam audiuerint de vocum notionibus, in quas inquirunt, nihil cogitauerint, rudes discipuli, proque integris habendi. Horum est maxime, vt aequi veniant, libero iudicio nulla eiusmodi necessitate adstricti, vt nihil velint, nolint, sit certa quaedam tuenda notio vocis *g*). Esto itaque, vocem quandam illustratam esse illis loquendi formulis et phrasibus a lexicorum conditoribus, quibus vsi sunt auctores: hoc eo quidem valebit, vt, quid vocabulum generatim indicare queat, inde efficiatur. Qualem sensum autem ipsi tales auctores attribuerint huic verbo: hoc nemo ex illis, iisque cognitis vnice, tuto satis atque recte concludet.

§. XVIIII.

Caue, illum, autem credas, omne, quod agere debet interpres bonus, peregisse, qui tantum in *grammaticum* sensum huius vocabuli inquisiuit. Indigitandus est *sensus verbalis* quidem vocis huius et *litteralis*: ast illud, quod hic inprimis inuestigari debet, vulgaris est sensus et proprie huic vocabulo, δαιμων, attribuendus. Quocirca nos *primo* illos hic euoluamus lexicorum conditores. *Deinde* animus est etiam nobis, illos conferre, qui sensum *proprium* atque *realem* huius vocabuli, siue illius *definitionem dogmaticam vsualem* suppeditarunt.

Duplicis autem generis dantur lexicorum conditores.

§. XX.

Multum iuuant quidem *conditores lexicorum* generatim *idoneum interpretem foederis noui*, vt SVIDAS, HESYCHIVS, POLLVX, PHOTIVS, GVIL. BVDAEVS, HENR. STEPHANVS, AVCTOR ετυμολογικϖ μεγαλϖ, qui λεξεις, ετυμολογιας, γλωσσας, παροιμιας, et *reliqua eiusdem generis* exposuerunt, quae pertinent ad grammaticum vocis atque litteralem sensum enucleandum *b*). Quae autem legis sequentia

Ex illis, qui Grammaticam δαιμονος *significationem inuestigarunt, in primis* HENR. STEPHANI *cogitata citantur.*

K verba

g) Lib. III. et Lib. I. de *Natur. Deor.*

b) CHRIST. WOLLIVS in *Not.* ad *Crit. sacr.* ANT. BLACKWALLI Tom. I. Part. I. §. 2. pag. 22. *)

verba STOLLII beati: *Von den* Lexicis Graecis *hat* OLAVS BORRICHIVS *in dem Appendice, den er ſeinen Analectis ad cogitationes de Lingua Latina beygefüget, ſehr wohl gehandelt; vollſtaendiger aber iſt* IO. ALB. FABRICII Diatribe *hiervon. Vnter dieſen Lexicis ſtehen* GVILIELMI BVDAEI Commentarii Linguae Graecae *mit oben an, als welchen die andern faſt alles Gute zu danken haben. Doch wie dieſes Werk nicht vollſtaendig, noch auch ordentlich iſt, ſo bedienet man ſich billig des Theſauri Linguae Graecae, den wir dem Fleiſſe des* HENRICI STEPHANI *ſchuldig ſind.* IOH. SCAPVLA *hat dieſes aus* 4. *vol. in fol. beſtehende Werk ein wenig kürzer gefaſſet. Was davon zu erinnern, hat* BORRICHIVS *gewieſen i*): haec inquam, verba impellere me omnino potuerunt, vt in vno HENRICO STEPHANO hic ſummaque ipſius atque feliciſſima opera adquieſcerem, quam verbis Graecorum dedit *k*).

§. XXI.

i) *in der Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit*, 2. Cap. §. XXXVI. pag. 102.

k) Varia ſunt autem a STEPHANO prolata de vocibus δαιμων atque δαιμονιος, rei et cauſſae noſtrae multum conducentia.

Primum in eo conſiſtit, quod STEPHANVS quidem, *ſaepe* inquit, *generaliter* Δαιμων *quuis Deus vel Dea vocatur*; ſed addidit etiam, *id praeſertim a poetis* fieri. *Voc.* δαιμων pag. m. 894. Poetae autem improprie loquuntur. Ergo nihil illud contra nos valebit (§. IV.).

Deinde vero animaduertit etiam, δαιμονας atque θεους *tamquam diuerſa poni.* Et in plurimis teſtimoniis, a STEPHANO citatis, proſaicos ſcriptores, philoſophosque habebis, quorum auctoritas maxime hac in cauſſa atque inprimis valet.

Tum, quando, δαιμων, STEPHANVS inquit, *et ſaepe pro fato* atque *fortuna accipitur*, variosque atque multos, ex poetis pariter, atque ex oratoribus philoſophisque, illud docentes, maxima cum diligentia ſummaque, quam talis res poſtulat, cura adiecit teſtes: tunc ſic, ſimul Diis et Deo, docuit, δαιμονας opponi, vt, illos etiam ab omnibus hominum animabus, tradiderit, eſſe a veteribus diſtinctos. Quis animum enim hominis fortunam atque fatum vocabit; vel verſus VIRGILII:

Quis

Quis tantam Rutulis laudem caſusne Deusne
Attulerit ? atque HORATII:

- *Quam ſibi ſortem*
- *ſeu ratio dederit, ſeu fors obiecerit,*

ſic erit redditurus: vt *prioris* verba hancce interpretationem:

Quis tantam Rutulis laudem animusne Deusne
Attulerit, *Alterius* autem talem admittant:

Quam ſibi ſortem
- *ſeu ratio dederit, ſeu mens obiecerit?*

Si hominum enim, a vera religione auerſorum, deque diuina prouidentia peruerſe atque impie ſentientium, ignorantiam hac in re et illorum etiam inconſtantiam contempleris atque ſupponas; non dii tantum, ipſae hominum animae, ſiue ſint hominum, vita defunctorum, ſiue adhuc in vita conſtitutae, fato trahuntur et illud debent nonnumquam ſequi (§. IV.). Et conferat ille GASSENDVM, in *Oper. Ethic.* Lib. III. Cap. II. qui fuſius tractata illa peruerſe cogitata legere cupit. Verbo, iners ille et plane inermis in iis omnibus, quae nobis veteres de fato deque diuina prouidentia tradiderunt, vocari deberet, qui δαιμων, ſi pro fortuna et τυχη ſumatur, a Deo non et anima diſtinguere velit. Σειραν modo cogitet illam, et quid homines a vera Dei religione diuerſi de illa finxerunt, quicumque daemonem Deum ipſum et animam dicat, ſi δαιμων pro fortuna ſumi debeat, atque de qua HOM. *Iliad.* 5. MACROBIVS in *Som. Scip.* Lib. I. Cap. XIV. PROCLVS *in Theol.* PLAT. VI. 2. Summe Ven. WALCHIVS in *Lex. Phil. Art. Geiſt.* pag. 1121. et alii egerunt.

Porro, inquit STEPHANVS noſter: *Multis item in locis* δαιμων *vertitur genius, ac tum praecipue, quum dicitur huius vel illius* δαιμων, *vel certe genitiuus ſubauditur:* et tales adfert inprimis ex PLVTARCHO locos et documenta luculentiſſima, quae id, quod confirmare volebat, id eſt per δαιμονας intelligi genios poſſe, vt ſanam et rectam mentem nullus admittat locorum illorum, ſi δαιμων forte animam vel Deum ſignificaret. Maximum id autem pondus habere, momentumque neutiquam leue eſſe, quod δαιμων multis in locis *genius* vertatur: hoc tunc, inquam, patebit demum, quum *genium* oſtendero, pariter atque etiam δαιμονας a Deo atque mortalium anima diſtingui ſolere.

Ad *haec* etiam tamquam euidentiſſima rei et cauſſae noſtrae documenta *compoſita vocabula* accedunt multa, in STEPHANI *theſauro* obuia, deriuataque ab hacce, quam tractamus, voce. a) Δαιμονολατρης ſiue *daemonum cultor* deprehenditur in *theſauro* (et quidem ea forma, qua ειδωλολατρης oriatur. b) Δαιμονομανια, ſiue *inſanus daemo-*

§. XXI.

Inter illos autem, qui rem, per vocem hancce ipſam expreſſam, eruerunt, IO. GEO. GR. WALCHIVS eminet.

Sed ad maiora nobis ab his eſt progrediendum. Sequitur nunc, vt etiam δαιμονας, doceam, illis inter Deum et hominis animam medium fuiſſe, qui operam ſuam rebus inprimis, veterum vocabulis deſignatis, dederunt, et ſenſum vocum dogmaticum expoſuerunt. Quod quum plerumque et optime id etiam in iis eruditorum operibus agi ſolet, quae verbo, nunc ab omnibus fere recepto, *realia*, et ſi res tractant ad philoſophiam pertinentes, *lexica* praeſertim *philoſophica* vocantur: illa nunc euoluamus. Nam et noſtra cauſſa

amor, nominatur in *theſauro* et quidem forma eadem, qua γυναικομανια. c) Videtur ibi etiam Φιλοδαιμων, *Daemonem amans*, cui GREGORIVS Φιλοδεον opponit. d) Καρυδαιμων, *cui grauis et inimica* eſt *fortuna*, inuenitur quoque in STEPHANO noſtro. In quibus atque in aliis multis vocabulis deriuatis, quae adtici poterant a nobis, nec Deum, credo, quemdam dari, nec animam humanam, qui dicat, vocabulum δαιμων ſignificare. Interim dabo quosdam eſſe, in quorum mentem hoc veniret; nec id quidem impune illis erit. Si enim *theſaurum* eundem ſupponis noſtrum; Ψυχη iam Καρυδαιμων inuenitur. Quo vnico exemplo noſtra ſententia, δαιμονας non per animas reddi debere in talibus vocabulis deriuatiuis, confirmari, et contrarium, δαιμονας etiam in illis animas eſſe, ſatis refutari poſſet.

Tandem et quosdam commemorat, qui, δαιμονας, dixerunt, *animas eorum eſſe, qui olim philoſophiae ſtudio conſtanter indulſerint.* Sed nominat, nobis etiam illum, cuius mentem hic declarabat. PHILO, ille Iudaeus fuit. Non omne. Addit ſimul quoque, vnde originem ſuam talis Iudaei opinio traxerit? *Manarit*, inquit, *autem fortaſſe haec Graecorum opinio ex* HESIODO in Erg. *qui* δαιμονας *itidem vocaret aurei ſeculi viros, poſtquam vita functi ſunt, qui et* φυλακες θνητων ανθρωπων *ab eo appellantur.* Vtrumque, quod additum hic fuit in *theſauro*, vim illam deſtruit atque coarguit, quae huic loco, ſi in ſe ſpectatur, concedi deberet. *Illud* ſi, quod SEMLERVS ipſe dixit in antecedentibus de Iudaeis, in memoriam reuocabis (§. VI.). Hoc ſi, quid de documentis commentati ſumus, quae ſupra a ſcitis poetarum ſumebantur (§. IV.). Et hoc declarat, δαιμονας proprie de iis olim et maxime valuiſſe, qui medium inter Deum et animam fuerunt

ſi maxima ex parte philoſophica dici debet. Opus hoc tantum, qantum a maximis quoque philoſophis poſtulatur, multi ſunt quidem et praeſtantes etiam ingenio nonnunquam viribusque orditi. BERNARDINI, MICRAELII, GOCLENII, BVRCHARDI, GADARTII, VOLCKMARI, CHAVVINI, PLESSII *repertoria et lexica philoſophica* quis ignorat *l*)? Sed ſcio certo neminem, nec dabitur etiam ab aliis vllus nobis, ſi a Summe Venerab. WALCHIO diſcedas, qui hac in cauſſa maiorem deligentiam atque *ακρίβειαν* oſtendiſſet, qui pluribus et melioribus ſubſidiis rem tantam aggreſſus, et cui arduum tale opus tam bene in omnibus tamque proſpere proceſſiſſet. Nec ipſi corona et iudices defuerunt *m*). Qualem itaque ob cauſſam vnico HENRICO STEPHANO contenti eramus atque poteramus etiam, ſi, quid vox *δαιμων* grammatice inuoluat, nobis erat ſupra demonſtrandum: ob talem nunc etiam in WALCHIO noſtro vnice et in ipſius auctoritate acquieſcamus, ſi vocis, quae rem philoſophorum quandam exprimit et qualis noſtra vox *δαιμων* dici debet, vſualis definitio nominalis rectaeque rationi probata, ex ſcriptis philoſophorum illorum petenda, qui Chriſti et Apoſtolorum aeuo atque ante iſta etiam tempora vixerunt. Ad hos autem illorumque ſcripta nos mittunt illi, qui nobis regulas hermeneutices tradiderunt *n*). Huius demum, id eſt, IOAN. GEORG. WALCHII exemplo WOLLII verba confirmari poſſunt: *has*, dicentis, *vſuales atque nominales veterum vocum definitiones hodie philoſophi*

l) Summe Venerab. WALCHII Praefat. *Lex. Phil.* et STOLLII *ganz neue Zuſaetze und Ausbeſſerungen der Hiſtorie der phil. Gelahrheit.* pag. 162.

m) STOLLII *Anleitung zur Hiſtorie der Gelahrheit* II. Part, III. Cap. §. LXIII. pag. 492. confer. Illius *ganz neue Zuſaetze und Ausbeſſerungen der Hiſtorie der phil. Gelahrheit* pag. 162. et *act. erud. Lipſ. Germ.* pars CXIX. act. V. pag. 802. ſeq.

n) CHRIST. WOLLII *introd. in Herm. ſacr. N. T.* Cap. I. §. V. pag. 170. conf. § II. Diſſert. noſtr.

ſani multi accuratius conniſi ſunt finire o). Et vti BVDAEVM, SCAPVLAM et alios Graecorum lexicorum conditores eorumque de re et cauſſa noſtra cogitationes in vnico ſupra HENRICO STEPHANO citauimus; ſic etiam ex WALCHIO vno, quicquid multi iique probatiſſimi et optimi philoſophi atque ſcriptores de re, quam δαιμων atque δαιμονιον inuoluit, nobis praeceperunt, illud poteſt omne comprehendi *p*).

§. XXII.

o) CHRIST. WOLLII loc. cit.

p) In variis autem *capitibus* ſubque *nominibus* multis rem noſtram Vir venerabilis pertractauit. Omnia ſunt lectu digna, ſcitu neceſſaria, multa et ſolida eruditione referta, elegantia conſperſa, et iucunditate, quae dixit, deque daemonibus protulit Theologus noſter. Ex iis autem, quae ſub ipſo titulo

DAEMON.

ſtudioſe ſunt nobis atque fideliter tradita, inprimis, quae ſequuntur, huc ſpectant, atque ad noſtrum ſcopum multum adferunt adiumenti: pag. 468. 469. *Die Bedeutungen dieſes Worts recht aus einander zu ſetzen, ſo hat man zum voraus zu wiſſen, daſs die alten Philoſophi verſchiedene Claſſen der Geiſter ſtatuirten, als da waren der oberſte Gott, die unſterblichen Goetter, die eigentlichen Daemones und die menſchlichen Seelen, welche Arten zuweilen alle mit dieſem Nahmen beleget werden, daſs alſo dies Wort in weitern und engern Verſtande zu nehmen iſt. Die weitere Bedeutung anlangend, ſo wird Daemon genennet*: 1) *Der hoechſte und oberſte Gott ſowol bey den Poeten, als Philoſophen, und findet man deswegen bey dem* PROCLO *in Tim.* pag. 94. *eine Stelle aus dem* ORPHEO, *welcher von Gott ſaget*: ϛν κρατος, εις δαιμων γενετο μεγας αρχος απαντων, *ia* PLATO *ſelbſten nennet ihn* μεγιϛον δαιμονα. 2) *Wurden auch die unſterblichen Goetter, welche auf den hoechſten Gott erfolgten, Daemones genennet, wie hingegen die eigentlichen Daemones zuweilen Goetter hieſen, welches* MARSILIVS FICINIVS ad PLOTINVM ennead. 4. lib. 2. pag. 278. *angemerket.* 3) *Hatten dieſen Nahmen ueberhaupt die menſchlichen Seelen, ſoferne ſie entweder noch mit dem Coerper verknüpft, oder von denſelben abgeſondert waren, die auch* PYTHAGORAS καταχθονιϛ δαιμονας, *die irdiſchen Daemones genennet, damit er ſie von den eigentlich alſo genannten Daemonibus unterſcheide, die einige Daemones* Φυσει *nennen, daſs alſo dreyerley*

Daemo-

Daemones waren, die himmliſchen oder die Goetter, die ätheriſchen oder die eigentlichen Daemones, und die irrdiſchen oder die menſchlichen Seelen, wie aus dem HIEROCLE in Comment. ad aurea carmina PYTHAG. *zu erſehen iſt.* 4) *Hieſen inſonderheit die von den Koerpern abgeſonderten Seelen Daemones, welches* PLATONIS *Bücher* de republica *bezeigen, auch aus dem* APVLEIO de Deo SOCRATIS p. 79. *zu erſehen iſt.* — 5) *Ward auch beſonders die Seele, da ſie ſich noch im Koerper befand, nicht allein Gott, ſondern auch Daemon genennet, davon man viele Exempel, ſonderlich beym* ANTONINO Imperatore *in den Büchern, welche er an ſich ſelbſt geſchrieben, ingleichen beym* APVLEIO de Deo SOCRATIS pag. 79. *und* IAMBLICHO in protipt. pag. 53. *antrift.* Die engere Bedeutung dieſer Benennung iſt, ſoferne ſie denienigen Geiſtern, welche zwiſchen den Goettern und den menſchlichen Seelen ſtunden, eigentlich beygelegt wurden, die ſchlechterdings Daemones hieſen, und den Goettern ſowol als den menſchlichen Seelen entgegengeſetzt wurden, davon wir nun ausführlich in dem Artickel *Geiſt* gehandelt haben. Confer. OLEARII diſſert. de genio SOCRATIS, ſo ſich in der Lateiniſchen Ueberſetzung des STANLEII hiſtor. phil. pag. 130. befindet und *Rahners* diſputationes de daemonibus. *Ex Capite*

Geiſt,

ad quod nos ipſe Theologus miſit, haec nos illud diſcrimen totum, et quale ſit inter veterum δαιμονας et inter Deum et animam hominis docent: pag. 1121. 1122. *Alle Griechiſche Philoſophen, zu welchen auch verſchiedene den* PYTHAGORAS *rechnen, ſtimten auſſerdem* EPICVRO *darinnen überein, daſs auſſer Gott und der menſchlichen Seelen noch verſchiedene Gattungen der Geiſter waeren, und waren nur in den Arten der Eintheilung und Benennung von einander unterſchieden.* EVSEBIVS de praepar. Lib. 3. Cap. 9. *ſagt: ſie würden in vier Arten und Claſſen eingetheilet; in der erſten waere Gott, der ſonſten von den Philoſophen* μεγιστος δαιμων, νους, ταγαθον, μονας, τετρακτυς *genennet wird; in der andern die Gœtter, welche die ſogenannten* aurea carmina θεους αθανατους *nennen; in der dritten die Daemones, wie ſie auch beym* IAMBLICHO *genennet wreden; oder die* heroes, *wie ſie in den gedachten* aureis carminibus *heiſſen; oder die Engel, nach dem* HIEROCLE; *die vierte begriffe die Seelen der Menſchen, welche ſie auch* δαιμονας καλαχθονιους *nennen. Die in der dritten Claſſe wurden wieder eingetheilet; als nach dem* HIEROCLE *in die Engel, Daemones und in Heroes; nach dem* IAMBLICHO *in die Heroes und Daemones, oder in die Daemones und in die Engel.* Confer. PLVTARCHVM

de

de defect. oracul. pag 186. *Doch damit wir die vornehmſten Griechiſchen Philoſophos nach der Reihe durchgehen, ſo berichtet* PLVTARCHVS de placit. phil. lib. I. cap. 8 *von dem* THALETE mileſio, *daſs er mit dem* PYTHOGORA, PLATONE *und den Stoickern ſo dafür gehalten, da die Genii Subſtanzen wären, welche eine Seele hätten, die Heroes, die von den Cœrpern abgeſchiedene Seelen, die nach der Beſchaffenheit der Seele gut und bœſe.* ATHENAGORAS in apolog. pag. 25. *meldet, daſs* THALES *drey Claſſen der Geiſter geſetzet, und in die erſte die unſterblichen Götter, in die andere die Daemones, und in die dritte die Heroes verwieſen. Er glaubte, daſs die ganze Luft mit Daemonibus angefüllet wäre, welcher Meynung nicht weniger* PYTHAGORAS *nach* LAERTII *Bericht* Libr. 8. pag. 32. *und* HESIODVS *beyfielen, die einige zu den neuern Zeiten nicht für allzu ungereimt angeſehen, zumahl nicht allein Paulus Epheſ. 2. v. 2. bezeuge, daſs der Fürſt der Finſternis in der Luft herrſche; ſondern auch aus andern nicht zu läugnenden Dingen genugſam abzunehmen wäre, daſs ſich die Geiſter an einigen Orten lieber, als an andern aufhielten,* Conf. STANLET in hiſtor. phil. pag. 11. ed. lat. *Ob die Nachfolger des* THALETIS, *der* ANAXIMANDER, ANAXIMENES, ANAXAGORAS *und andere ſolche Lehre fortgeführet haben, ſolches weiſs man aus Mangel der darzu benöthigten Nachrichten nicht.* PYTHAGORAS *ſetzte nach Gott als dem höchſten Weſen, noch vier Arten der verſtändigen Subſtanzen, oder der Geiſter, als die Gœtter, die Dæmones, die Heroes und die Menſchen, welches man aus ſeinem Gebeth abnehmen kann, da er meinte, daſs man in der Verehrung die Gœtter den Dæmonibus, die Heroes den Menſchen vorziehen müſste.* S. DIOGENEM LAERTIVM lib. 8. ſegm. 23. *welche Meinung* AVGVSTINVS lib. 8. cap. 15. de ciuit. Dei *und* LACTANTIVS inſtit. diuinar. lib. 2. Cap. 15. 16. *unterſuchen.* Sequitur nunc in lexico, quid de Daemonibus PLATO ſtatuerit. Quae, quamuis ille ſit merito et iure pro principe ex illis philoſophis veteribus habendus, quorum ſuperſunt adhuc nobis ſententiae de daemonum natura: nihilominus putaui hic omittenda nobis fuiſſe. Male enim PLATO ab illo, cum quo congreſſus ſum, audit. Cur? Hoc ſupra vidimus atque confirmatum fuit (§. VI.). Ergo nolui in me SEMLERI Cel. iram omnem concitare, culpamque mihi eandem, quam antea in aliis coargui, PLATONEM excitando, contrahere. Sequitur ergo, quale ſit inter Deum, animam noſtram, interque daemones veterum Viro Venerabili diſcrimen, pag. 1127. 1128. 1129. *Dieſes voraus geſetzet, ſo iſt die Frage: ob die erſchaffene Geiſter, welche mit keinem Cœrper verknüpfet ſind, gleiche phyſiſche Beſchaffenheit mit der menſchlichen Seele haben? oder ob ſie in gewiſſen Stücken und zwar entweder ohne, oder mit einigem Vnterſcheid unter ſich ſelbſten edler ſeyn? Was die Meynungen*

nungen der alten Philoſophen desfals anbelanget, ſo iſt aus dem obigen zu erſehen, daſs ſie verſchiedene Arten ſolcher Geiſter, als die unſterblichen Gœtter, die Dæmones, die Heroes und die Seelen der Menſchen ſtatuiret, und ſo viel man aus ihren Schriften ſehen kan, ſo waren dieſe Geiſter nach der gewœhnlichen Meynung alſo von einander vnterſchieden: die vnſterblichen Gœtter, welche auch ſonſt Dæmones hieſsen, wæren die Oberſten, und ſtünden in der Mitten zwiſchen dem hœchſten Weſen oder Gott und zwiſchen den eigentlichen Dæmonibus, welche leztere und eigentliche Dæmones APVLEIVS de *Deo* SOCRATIS pag. 78. *alſo beſchreibet: daemones ſunt genere animalia, ingenio rationabilia, animo paſſiua, corpore aerea, tempore aetherea, und* CHALCIDIVS ad TIMAEVM pag. 227. *ſaget: dæmon eſt animal rationabile, immortale, patibile aethereum, diligentiam hominibus impertiens. Nehmen wir nun dasienige hinzu, was* HIEROCLES *ad aurea carmina* pag. 40. *von dieſem Vnterſchied ſetzet: ſo kœmmt derſelbe darauf an:* 1.) *kæmen den Dæmonibus gewiſſe Leidenſchaften zu, von denen aber die vnſterblichen Gœtter ganz entfernet wæren, als welche ſich um gar nichts bekümmerten, ſondern mit ihrem Gemüthe ſtets auf das hœchſte Weſen, oder auf Gott gerichtet wæren, da hingegen die eigentlichen Dæmones zum Wohlſeyn der Menſchen dienten, welche ſelbige verehren vnd anrufen müſsten, ſo ohne gewiſſe GemüthsBewegung auf ihrer Seite nicht abgehen kœnnte, wohin die Worte des* APVLEII *am angeführten Ort gehen:* differunt a diis immortalibus daemones paſſione, ſunt enim iisdem, quibus nos perturbationibus obnoxii, vnde et religionum diuerſis obſeruationibus et ſacrorum variis ſuppliciis fides impertienda eſt. *Von dem Vnterſchied dieſer Geiſter, da ſie in Anſehung der Leidenſchaften in* απαθεις, *welche ohne Affecten, und* εμπαθεις, *die der Affecten theilhaftig ſind, getheilet werden, findet man noch viele Stellen bey den Alten, davon man* M. TTRIVM diſſ. 26 pag. 272. *und* PLVTARCHVM de Iſide et Oſiride pag. 267. *leſen kan:* 2) *hætten die vnſterblichen Gœtter einen ſubtilen ætheriſchen, die eigentlichen Dæmones aber einen ſubtilen aëriſchen Cœrper. Die Chaldæer, Pythagoræer ſcheinen allen Geiſtern, ausgenommen dem oberſten Gott, einen ſehr ſubtilen Leib beygeleget zu haben, welcher Meinung nachgehends viele alte chriſtliche Scribenten und einige von den Scholaſticis gefolget ſind. Dieſen Cœrper ſtellten ſie dermaſſen ſubtil vor, daſs er leiblicher Weiſe nicht kœnnte begriffen oder empfunden werden, wie denn vnter den Eigenſchaften, ſo ſie den Geiſtern zuſchrieben, auch dieſe war, daſs man ſie nicht empfinden kœnnte.* Vid. PORPHTRIVM de abſtinentia lib 2. § 39 PLOTINVM ennead. 3. lib. 5. cap. 6. *Vnd wenn ſchon vnter andern* IAMBLICHVS *zweyerley Gœtter, die* θεοι αφανεις *und* εμφανεις *ſetzet, ſo verſtehet er doch durch die letztern nur die Geſtirne, an-*

 geſehen

geſehen er auch in ſeinem Werk de myſteriis Ægyptiorum darinnen einen Vnterſcheid unter den Dæmonibus und vnter den vnſterblichen Gœttern machet, daß iene wæren αφανεις den Sinnen: dieſe aber der Intelligenz. Dem ohngeachtet legten ſie ihnen αφθαρσιαν, zu welcher die αθανασια, oder die Vnſterblichkeit gehœret, bey, die nicht allein in einer immerwæhrenden Daurung; ſondern auch in einem geiſtlichen und vernünftigen Leben beſtünde, wie denn der Widerwille gegen Gott für den Todt gehalten wurde: ſ. HIEROCLEM ad aurea carm. pag. 14. Doch beruhete ihre Vnſterblichkeit nicht in der Beſchaffenheit ihres Weſens, als vielmehr in dem freyen Willen des hœchſten Gottes, ſ. CYRILLVM contra IVLIAN. lib. 2. pag. 58. 3) Wæren die eigentlichen Dæmones von den vnſterblichen Gœttern auch darinnen vnterſchieden, daſs iene den Gœttern die menſchliche Angelegenheiten bey ihren Gebeth und Opfern hinterbringen, den Menſchen aber der Gœtter Geſetze und Anordnungen kund thun müſſen. Da hingegen die vnſterblichen Gœtter von ſolchen Verrichtungen befreyet wæren, und mit den Menſchen gar keine Gemeinſchaft hætten, davon PORPHYRIVS de abſtinent. lib. 2. §. 38. PLVTARCHVS de Iſid. et Oſirid. pag. 267. Zeugniſſe geben, und in der Mythologie wird dieſes dem Mercurio und der Iſidi beygeleget, welche EVSTATHIVS ad Hom. pag. 127. θεων κατα μυθον αγγελων nennet. So finden wir auch bey den Alten, daſs ſolchen Dæmonibus die Wahrſagungen, Prophezeyhungen, verſchiedene Arten von Erſcheinungen zugeſchrieben werden, von welchen letztern ſonderlich IAMBLICHVS viel geſchrieben. Die beyden andern Arten der Geiſter, welche oben fürkamen, waren die Heroes und die Menſchen, da man ſich denn erinnern muſs, wie das Wort, Heroes, in verſchiedenem Verſtande genommen, auch in der Eintheilung ſelbſt ein und anderer Vnterſchied bemerket worden. Wofern man dieſe vier Claſſen ſetzet, ſo kan man die Seelen in einem gedoppelten Zuſtand betrachten, einmal ſo fern ſie von dem Leibe abgeſondert, oder mit demſelben noch verknüpfet ſind. In der erſten Abſicht waren die abgeſonderten Seelen eben die Heroes nach dem Sinn des THALETIS, PYTHAGORAE, vnd der Stoicker, wie PLVTARCHVS lib. 1. Cap. 8. de placit. philoſ. berichtet, ohnrachtet dieſs Wort nach HIEROCLES ad aurea carmina pag. 289. Zeugnis in einer andern Bedeutung auch gewœhnlich war. Inzwiſchen wurden ſowohl die abgeſonderten Seelen, als auch diejenigen, ſo ſich noch bey dem Leibe befinden, auch Dæmones genennet, den Vnterſchied aber zwiſchen den eigentlichen Dæmonibus und den menſchlichen Seelen anlangend, ſo ſiehet man aus dem APVLEIO de Deo SOCRATIS, daſs die eigentlichen Dæmones von den bey dem irrdiſchen Leibe ſich befindenden Seelen in Anſehung des aeriſchen ſubtilen Coerpers, ſo ienen zukœmmt,

unter-

vnterſchieden, dergleichen auch die abgeſonderten Seelen der Menſchen hætten, doch mit dem Vnterſchied, daſs derſelbe bey den eigentlichen Dæmonibus unverændert bliebe, den hingegen die abgeſonderten Seelen, nachdem ſie ſich auffiihrten, verliehren und wiederbekommen kœnnten. Aus dieſem bisher kürzlich zuſammen geleſenen Nachrichten iſt nun ſo viel abzunehmen, daſs dieſe Geiſter, als die unſterblichen Gœtter, die Dæmones und Heroes überhaupt verſtændige Weſen ſeyn, und einen ſubtilen, theils ætheriſchen, theils aeriſchen Cœrper haben; inſonderheit aber kæmen den Dæmonibus und Heroibus gewiſſe Begierden und die Kraft, die Cœrper zu bewegen, zu. Ad illud nunc accedo, quod traditum nobis ſub nomine atque vocabulo

Genius

fuit, atque ex multis illis, erudite cogitatis, haec, credidi rei et cauſſae noſtrae vim atque valorem maximum, addere poſſe, pag. 1170. *Es gründet ſich dieſe ſehr alte Meynung von Geniis groeſtentheils auf die Geiſter Lehre der Pythagoraeer, welche verſchiedene Claſſen der geiſtlichen Subſtanzen ſetzten, daſs nach dem oberſten und hoechſten Gott, die unſterblichen Goetter, denn die Daemones, und auf dieſe die menſchlichen Seelen, ſofern ſie entweder vom Kuerper getrennet, oder mit demſelben verknüpft waeren, folgten. Die Daemones, denen ſie einen aeriſchen Leib zuſchrieben, ſahen ſie als Unterhaendler an, vermittelſt welchen die Gemeinſchaft zwiſchen den unſterblichen Goettern und den Menſchen unterhalten wurde, daſs ſie nemlich den Menſchen die goettlichen Befehle andeuten, und hingegen iener ihr Gebeth und Opfer den Goettern hinterbringen miiſsten, dahey ſie glaubten, daſs dieſe Daemones den Menſchen auf unterſchiedene Art erſcheinen koennten, auch derſelben zweyerley Arten gute und boeſe waeren.* pog. 117. - - Dieſe Daemones waren nun die Genii, die man vor beſondere und von der menſchlichen Seele abgeſonderte geiſtliche Subſtanzen meiſtentheils hielt. - - *Daſs aber nach dieſem Begriff Daemon und Genius gleichgültige Woerter ſind, bezeuget* APVLEIVS de dogm. PLAT. pag. 42. *und* de Deo SOCRATIS. pag. 79. *obneracht et ſie beyderſeits noch andern Bedeutungen unterworfen ſind, ia daſs man das Wort Genius im Griechiſchen gebraucht habe, zeiget* DESID. HERALDVS *in Arnob.* Lib. I. pag. 15. Reſpondet itaque euentus promiſſis. Vere de veterum daemonibus genii dici poſſunt. Et quia veterum genii inter Deum et animam hominis tamquam mediae creaturae, ponebantur; vis illa atque poteſtas euicta eſt, quam ſupra argumento tali attribuebamus, δαιμονας ab Deo et animabus propterea diſtingui debere, quia ſuos etiam genios veteres philoſophi a Deo et noſtris animabus diſcernebant (§. XX.). *Apud ethnicos*, inquit GASSENDVS quoque, *familiare eſt, vt non ſolum Daemones, verum etiam Genii vocentur. Ethic.* Lib. III. cap. IV.

§. XXII.

Noſtram rem atque notionem ipſi docent auctores contra nos citati.

Alterum, ob quod certum quid documentis Cel. SEMLERI vix ac ne vix quidem poterat inueniri, teſtimonia erant, non ſemper ſatis prudenter producta et ex ſcriptis aliorum, neglecta ſaepe conſtructione, collecta (§. XII.). Vt itaque hoc noua pateat ratione; ex ipſis illis ſcriptoribus, quos contra nos ex primis atque veteribus allegauit, nonnullas excitabo documenta, δαιμονας a Deo et anima ſeparari. Quae ſimul vim earum habebunt argumentandi rationum, quae, quia dicuntur ab ipſis aduerſariis petitae, magis ſtringunt, atque valde interdum deſiderantur *q*).

§. XXIII.

Tandem et illi noſtram notionem δεμονιϐ *docuerunt, qui de daemonibus ex inſtituto egerunt.*

Tandem et corrigam hocce vitium auctoris Cel. ſupra in demonſtrationibus ipſius reprehenſum. Euictum eſt enim, propterea

q) Eundem autem ordinem in talibus exemplis obſeruabo, producendis, quo contra noſtram atque ſententiam veriorem ingreſſus eſt Cel. SEMLERVS I) Ex *poetis* Graecorum HESIODVS nobis opponebatur. Sed ne hunc quidem poetam nobis opponi poſſe: *primum vel* iſte verſus HESIODI poterit probare: δαιμονι δε οιος ἔηςθα, το εργαζεϑαι αμεινον. Saltem SEMLERVS Cel. tunc magnus nobis Apollo erit, ſi apte hunc verſum et bene nobis in eam partem verterit, vt δαιμων hic de anima hominis ſumi queat. Ita certus ſum, me aliquid rogaſſe, quod vix ac ne vix quidem a Viro Cel. fieri poterit, vt, *malim*, citatus STEPHANVM iamiam dixerit, *vertere ſortem vitae, quam vitae conditionem.* p. 896. Lexic. voc. δαιμων. Deinde etiam ex hoc luculenter patebit, HESIODVM non prorſus atque totum nobis et noſtrae puriori doctrinae contrariari, quia HESIODVS, vt PLVTARCHVS refert, *de Orac. defect. primus fuit, qui quatuor genera ratione vtentium expoſuit, Deos primum, tum Daemonas, deinde heroas, tandem homines.* Et quamquam ad hancce HESIODI ſententiam de daemonibus veterum, declarandam, hoc illic additur: *Vt terra in aquam, aqua in aerem, aer in ignem transmutatur; ſic ex hominibus heroas, ex heroibus daemonas, ex daemonibus Deos fieri*: ſimile hoc fuit, quod in genere atque iam ſicut in prouerbiis dicitur, debet aliquo modo claudicare atque cum quadam diſſimilitudine copulari. Accedit, poetis et ethnicis inprimis eſſe propri-

propterea plura Viri Cel. argumenta contra nos nihil probare atque efficere potuisse, quod non produxerit semper tales de veterum daemonibus testes, qui id ex instituto

proprium, fingere nonnulla, vt res declaretur (§. IV.). Conf. *der koeniglichen Academie der Aufschriften und schoenen Wissenschaften zu Paris ausführliche Schriften, erster Theil. 2. Abhandlung. Nach Gottschedischer Uebersetzung.* Quod ipsum, δαιμονας nempe animasque et etiam Deos natura differre, HESIODO credente; id colligi etiam satis ex hisce GASSENDI potest verbis: *id*, heroas ex hominibus, δαιμονας ex heroibus, deosque ex daemonibus, *tum demum fieri intellige, cum portiones illae animae mundanae corporeum amictum assumptum deponunt, et in reliquam homogeneam naturam quasi refunduntur.* In *Operibus Lib.* III. *Ethic. Cap.* IIII. *pag.* 849. II.) Ex *philosophis* autem Graecorum contra nos antea THALES atque PLVTARCHVS excitabantur (§. XII.). Neutrum vero horum philosophorum contra sensisse, hoc praeter summe venerabilem WALCHIVM *locis citatis*, REVSCHIVM beat in *syst. Methaphys.* §. 1166. atque PETRVM GASSENDVM in *Oper. Lib.* III. *Ethic. Cap.* IIII. p. 848. 849. nobis etiam ABR. CALOVIVS demonstrauit, THALETIS doctrinam, inquit *System. Loc. Theol. Tom.* IIII. *Art.* I. *Cap.* I. *pag.* 11. *ita proponit* ATHENAGORAS, orat. pro christian. quod nempe superiores substantias diuiserit in Deum, ac Daemonas, ac Heroas: ac Deum mundi mentem esse crediderit? Daemonas vero substantias animales; heroes denique separatas hominum animas: bonas quidem esse bonas; malas autem malas; atque ita etiam cum THALETE, PYTHAGORA et Stoicis, PLATONEM heroas intellexisse, tradit PLVTARCHVS *lib.* I. *de placitis Philosoph.* Conferatur Excellentissimi IO. ERNEST. IMMAN. WALCHII *dissertat. Stoicorum cum Paulo disputatio, Act.* XVII 18. §. VIII. p. XIIII. vbi, inter multa eruditissime, solidissimeque cogitata de vi et potestate huius nostri vocabuli, locus ex ATHENAGORA eiusque *apolog. pro Christ.* ille etiam citatur, in quo, Πρωτος, ATHENAGORAS inquit, Θαλης διαιρει εις Θεον, εις δαιμονας, εις ηρωας. III.) MAIMONIDEM contra nos etiam SEMLERVS Cel. et illum quidem vnicum et sapientissimum omnium ex *Rabbinis* excitauit (§. VI. et VII.). Nec illum, credo, semper atque in iis omnibus, quae docuit de daemonibus, ad partes Viri Cel. accessisse. Et me quidem ad hoc illud, quod sequitur, CALOVII iudicium adduxit: *Refellit autem errorem illum de corporibus daemonum eosque incorporeos esse docuit*, R. MOSE MAIMON. *Tract. de fundam. leg. cap.* I. Non enim errorem de ipsa differentia

MAI-

atque expreſſe egerunt, vt cauſſam daemonum totam pertractarent. Sed plurimi, quos vidimus a Viro Cel., tamquam auctores atque arbitros productos eſſe, illi ad daemones in tranſitu tantum atque ὡς ἐν παροδῷ ſunt delapſi. Quibus ſic ſeſe rebus habentibus, *primo* producam tales Scriptores, qui, quum de veterum daemonibus *generatim* ſcripta ſuosque commen-

MAIMONIDES refellit, iudice noſtro, quam ſuo pro more fingunt Iudaei Thalmudici δαιμόνων atque hominum, cuiusque mentionem paucis lineis ante CALOVIVS fecerat; ſed dixit tantum, MAIMONIDEM errorem de corporibus daemonum refelliſſe. *Loc. cit. cap.* III. *pag.* 301. IIII.) Ex *Chriſti cultoribus antiquioribus* contra nos etiam AVGVSTINVS arbitrabatur (§. V. VI.). Sed iam vt omni me inuidia liberem, ponam in medio totum illum locum, cuius finem tantum vel vltimam modo particulam nobis dare Cel. SEMLERO placuit: *Omnes vel pene omnes per ſanam doctrinam, quae humanis rebus illuxit, Daemonum nomen abhorrere - apud paganos etiam ipſos appellationem illam non amplius in laude eſſe. Nos autem, ſicuti ſcriptura loquitur, ſecundum quam chriſtiani ſumus, angelos quidem partim bonos, partim malos, numquam vero bonos daemones legimus. Sed vbicumque in ſacra ſcriptura hoc nomen poſitum reperitur, non niſi maligni ſignificantur Spiritus: Et hanc loquendi conſuetudinem in tantum populi vsque quaque ſequuti ſunt, vt eorum etiam, qui pagani appellantur, et Deos multos ac daemones colendos eſſe, contendunt, nullus fere ſit tam litteratus, vel doctus, qui audeat in laude vel ſeruo ſuo dicere, Daemonem habes, ſed quilibet hoc dicere voluerit, non ſe aliter accipi, quam maledicere voluiſſe, dubitare non poſſit. Lib.* VIII. *de Ciu. Dei Cap.* 14. *et Lib.* VIII. *Cap.* 9. Quo quidem loco conuocandi omnes videntur, qui, quisnam ſit verus illorum verborum ſenſus, iudicent. Tum demum mihi procax academia videbitur, ex qua SEMLERVS Cel. proceſſit, ſi aut conſenſerit vnicus tantummodo ex iis, contra quos militauit, Theologis noſtris, AVGVSTINVM δαιμονας in hocce loco a Deo non ſatis atque ab noſtra anima diſtinxiſſe; aut erit inuentus aliquis, in Theologia SEMLERI Cel. educatus, qui, AVGVSTINVM vere cum Viro Cel. in illo effato conuenire atque collegiſſe, certo nobis atque firmis demonſtrauerit argumentandi rationibus. Profecto eos ipſos, qui certe quid ſuſpecti minimeque defendendi ſeſe in ſcriptis AVGVSTINI inueniſſe, nobiscum arbitrantur, (§. VII.) addubitare coget aequitas rei et leuiſſima circumſpectio, in hoc tale quid deprehendi AVGVSTINI effato, quod pium non ſatis neque probandum

commentarios fecerunt, δαιμονας inter Deum et hominum animas poſuerunt r). Deinde quoque conſtituam,

dum eſſet. Hoc vidi quidem, AVGVSTINVM credidiſſe, quod ipſi nos, quia id prima reuelatae religionis principia volunt, et omnes recte nobiscum ſentientes defendere debent, Spiritum nempe diuiniorem, vocem δαιμονος in mala ſemper ſignificatione adhibentem, non a loquendi conſuetudine abhorruiſſe, ſed potius conſuetis in lingua Graecorum ſignificationibus verborum vſum eſſe. Addo, Theologos grauiſſimos bene de hiſce AVGVSTINI verbis cogitaſſe, illaque, vbi verior et ſana de daemonibus doctrina erat delineanda atque confirmanda, repetiiſſe et produxiſſe. CALOV. *Syſt. Loc. Theol. Tom.* IIII. *Art.* I. *Cap.* I. *pag.* 15. Confer. DE TLINGII *Obſerv. ſacr. Part.* I. *Obſerv.* XXVIII. *p.* VII. *pag.* 286. 287.

r) Ad illos, qui de daemonibus veterum *generatim* ſcripſerunt, praeter *diſputationes*, quas RABENERVS, teſtante Venerabili WALCHIO noſtro, *pag.* 469 *Lex. Philoſoph.* Voc. *Daemon*, de veterum habuit daemonibus, IO. NICOL. FROBESIVM refero. Vt enim ipſa *inſcriptio* dicit libelli, quem confecit, et alii id etiam Theologi atque Philoſophi volunt: Confer. WINDHEMII *Philoſophiſche Bibliothec* 1. *Band* 1. *Stuck* 3. *Abhandlung pag.* 45. 46. 60. 61. hic *myſterium de daemonibus ſiue geniis atque intelligentiis philoſophicum ſtrictim et fideliter reuelauit.* Et quamquam me non totum FROBESIVS atque in ſuis omnibus, quae credidit de veterum daemonibus, habeat conſentientem; tamen id, quod nos probare volebamus, omne FROBESIVS effecit. Inquit enim: I.) *Der Begriff, den man ſich von den Dæmonen der Alten machen muſs, beſtehet darinne, daſs dieſes Wort im* engern *und im* eigentlichen *Verſtande ſolche* geiſtliche Weſen bedeute, welche von dem allerhoechſten Gott ſowohl, als von den uebrigen Einwohnern des Himmels, wie nicht weniger von den Heroen unterſchieden ſind, und von der goettlichen Allmacht gezeuget worden: et concludit, ſi IIII.) voluit, *die rechte Beſchaffenheit und Bedeutung der* Daemonen definire, et eam, quam ſibi FROBESIVS ipſe, inuentori, vincidicauit, daemonum rationem docere: *Dieſes zum voraus geſetzet, wird es uns nun leichter fallen, dieſes Geheimniſs zu erklæhren. Es ſind nehmlich die Dæmonen a) nach der geheimen Meinung der Alten nichts anders*, als der Einfluſs der Geſtirne in den Erdboden und in das menſchliche Geſchlecht. *b) Oder deutlicher nach der heutigen Art zu reden*, die Dæmonen ſind alle beſondere Kræfte der allgemeinen Natur, die von Gottes unendlicher Weisheit ſo eingerichtet worden, daſs ſie durch die wirkſame Kraft der Geſtirne und inſonderheit der Sonne und des Mondes gemaeſſiget werden. Excellentiſſimo atque Celebratiſſimo WINDHEMIO, interprete, hoc autem, quod vidiſti, omne recenſuimus, *pag.* 47. *et* 56. *Loc. cit.*

tuam, qui tale, quod credimus nos atque defendimus, discrimen *seorsim* docuerunt *s*).

§. XXIIII.

Finis dissertationis.

Habes, Lector, quid ego sentiam, quidue Theologus omnis cogitare debeat de fundamentis, quibus suam SEMLERVS Cel. opinionem de daemonibus superstruxit. Faciam nunc ego, vt ex proxime habenda bono cum Deo dissertatione, intelligas, de ipsa, quam renouauit, sententia, quid sentiam. Duo tantum monebo, et eadem quidem TVLLII verbis. Quorum *primum: sed elatus studio, vereor,*

s) Ad illos autem, qui seorsim tale discrimen commonstrarunt, summe venerabilis WALCHIVS CHALCIDIVM ad TIMAEVM et PROCLVM in Lex. Phil. Voc. *Daemon* p. 469. retulit. *Es ist*, inquit Theologus noster, *ein Irrthum, wenn einige sich eingebildet haben, es wären die Dæmones ueberhaupt die von dem Band des Cœrpers befreyten Seelen, welchen Irrthum* CHALCIDIVS *ad* TIMAEVM *und* PROCLVS *in comment. ad* PLAT. ALCIBIAD. *widerlegen.* Praeter hos etiam commemorauimus supra nonnullos atque varios doctissimos viros, qui sese ducibus Cel. SEMLERI, STKESIO atque WETSTENIO inprimis, illorumque de obsessis opinioni opposuerunt (§. VII.). Ponas, quod omnis nobiscum augurabitur, qui aequus est, et magis naturalia de viro inprimis autem Theologo credit, quam illa, quae abhorrent ab indole atque natura eruditi: Ponas, inquam, non solum illos restitisse, sed etiam istos refutasse, quos, scimus, cum Viro Celeb. in doctrina de daemonibus collegisse: quantos habebis viros et quam multos tunc, qui δαιμονας non idem atque animam olim fuisse, demonstrarunt! Primum enim fundamentum, immo grauissimum etiam atque maximum erat, in quo, quicumque cum SEMLERO Cel. fecerunt, omnes olim nitebantur, inter animas nempe atque δαιμονας nullum fuisse discrimen. Aduersarium vero conuincere atque refutare solide velle, nec funditus tamen principia illius atque fundamenta prima euertere: quis hoc cogitabit? (§. III.) *Sed nemo*, si GASSENDO *Ethic. Lib.* III. *cap.* IIII. *pag.* 849. fides habetur, *luculentius* explicauit, δαιμονας *esse medias quasdam inter Deos hominesque naturas, quam* APVLEIVS. Is enim de *Daem.* SOCRAT. primum edisserit, fieri per ipsos Deorum hominumque commercium: ac deinde, postquam probauit, vt ceterae mundi regiones a suis habitentur animalibus, ita aerem non debere sibi propriis destitui, quae quidem sint daemones, subdiditi,

Super

vereor, ne longior fuerim. Erat autem difficile, rem tantam, tamque praeclaram, inchoatam relinquere, quamquam non tam dicendi mihi ratio habenda fuit, quam audiendi. Omitto proxime, quae antecedebant verba, quaeque de ſententia quoque

Supereſt, vt, quae tandem et eiusmodi ea ſint, diſſeramus. Igitur terrena nequaquam, deuergunt enim pondere; ſed nec flammea, ne ſurſum verſus calore rapiantur. Temperanda ergo nobis pro loci medietate media natura; vt ex regionis ingenio ſit et in cultoribus eius ingenium. Cedo igitur mente formemus, et gignamus omnino id genus corpus, tertia quaedam animalia, quae neque ſint tam bruta, quam terrea, neque tam leuia, quam aetherea; ſed quomodo vtrimque ſeiugata. Velut enim vtrimque commiſta ſunt, ſiue amolita, ſeu modificata vtriusque participatione, ſed facilius ex vtroque, quam ex neutro intelligentur. Habeant igitur haec daemonum corpora modicum ponderis, ne ad ſuperna incedant; aliquid leuitatis, ne ad inferna praecipitentur. Adfert deinde in exemplum *nubeis*, tumque ſubiicit: *Quod ſi nubes ſublime volitant, omnisque et exortus, et terminus, et retro defluxus earum in terris eſt; quid tandem futura cenſes daemonum corpora, quae ſunt concreta multo minus; et tanto ſubtiliora? Non enim ſunt ex hac faeculenta nubecula, tumida caligine conglobata, ſicuti nubium tenus eſt; ſed ex illo puriſſimo aeris liquido et ſereno alimento coalita, eaque nemini hominum temere viſibilia; niſi diuinitus ſpeciem ſui offerant: quod nulla in illis terrena ſoliditas locum luminis occupauerit, qui noſtris oculis poſſit ſubſiſtere; qua ſoliditate noſtra offenſa acies immouetur; ſed fila corporum poſſident rara, et ſplendida et tenuia; vsque adeo, vt radios omneis noſtri tuoris et raritate transmittant, et ſplendore reuerberent, et ſubtilitate fruſtrentur.* Statim autem poſt, vide, quid ſubiungat circa paſſiones Daemonum: *Ex hoc ferme daemonum numero poetae ſolent haud procul a veritate, oſores, et amatores quorundam hominum Deos fingere. Illos*

quoque noſtra poterant valere, et *alterum* trado. *Reſenim nulla eſt in quit* TVLLIVS, *de qua tantopere non ſolum indocti, ſed etiam docti diſſentiant. Quorum opiniones quum tam variae ſint, tamque inter ſe diſſidentes, fieri certe non poteſt, vt plus vna vera ſit. Qua quidem in cauſſa et beneuolos obiurgatores placare, et inuidos vituperatores confutare poſſumus, vt alteros reprehendiſſe poeniteat, alteri, ſe didiciſſe gaudeant. Nam qui admonent amice, docendi ſunt: qui inimice inſectantur, repellendi.**)

proſperare et euehere, illos contra auerſari et affligere. Igitur et miſereri, et indignari, et angi, et laetari; omnemque humani animi faciem pati, ac ſimili motu cordis et ſolo mentis ad omnes cogitationum aeſtus fluctuare. Ac poſtea, vbi declarauit has turbellas et tempeſtates procul exſulare a tranquillitate Deorum caeleſtium, en, vt proſequatur: *Sed et cuncta vt hoc genus caetera Daemonum mediocritati congruunt. Sunt enim inter homines et Deos vt loco regionis, ita ingenio mentis interſiti, habentes communem cum caeteris immortalitalem, cum inferis paſſionem. Nam perinde vt nos, pati poſſunt omnia placamenta, vel incitamenta, vt in ira incitentur, et in miſericordia flectantur; et donis mutentur, et precibus leniantur, et contumeliis exaſperentur, et honoribus mulceantur, aliisque omnibus ad ſimilem nobis modum varientur. Quippe, vt finem comprehendam; Daemones ſunt genere animalia ingenio rationabilia, animo paſſiua, corpore aerea, tempore aeterna.* Sic ille ex GASSENDI mente, quippe qui licet non in hac quidem EPICVRI ſententia aliquid credidit reprehendendum eſſe, quod nimiam illam credulitatem, ſuperſtitionemque gentilium tam circa ipſam diuinationem, quam circa daemones deriſit: verum non ſtatuit, id ferendum eſſe, GASSENDVS, quod, vtcumque res de diuinationis varietate ſe habeat; ſaltem exſtare δαιμονας, generatim EPICVRVS non autumauit. Quippe non ſacra modo religio, ſed ratio quoque id perſuadet, vti et re ipſa perſuaſit multis philoſophis gentilibus. Qui tametſi certe errarunt, tam circa ſubſtantiam, quam circa adiuncta, quae attribuere daemonibus, in eo tamen bene ſenſerunt, quod aliquos eſſe fuerunt opinati inquit GASSENDVS. pag. 848. 849. a. *Loc. cit.*

*) *Lib. I. De Natura Deor.*

FINIS. NOBI-

NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

IOANNI BVRCARD. CASPARI

S. P. D.

IO. ERN. IMM. WALCHIVS.

Quicunque TE norunt, cum propter familiaritatem, quae ipsis TEcum est, tum artium liberalium causſa, quas ſummo TV ſtudio colis, hi vno quaſi ore eximia ſpe et ſummae virtutis ciuem TE eſſe fatentur, TV Aque cum probitate, tum ſtudiis doctrinaque mirifice ſe, aiunt, delectari. Quas TIBI laudes merito deberi, etſi nullus vnquam dubitaui, iuſtiſſimas tamen eſſe, maximoque TIBI iure easdem fieri, nullo ego hercle luculentiori perſpicere potui documento, quam hoc ipſo TVO praeclaro diſputandi conſilio, et quod publico conflictu rationem diligentiae TVAE reddere omnibusque ingenii TVI virium praeſtantiam monſtrare, decreuiſti. Cuius conſilii TVI fructum amplisſimum, litterataeque pugnae, quam TV meditaris, exitum et fortunatum et perhonorificum TIBI fore, tutus confido, TIBIque de his vitae TVAE academicae ornamentis gratulor, ac ſummo me ſtudio addictum, et ad quaeuis officiorum genera ſemper TIBI promptum paratumque fore, ſincera mente ſpondeo ac polliceor. Ienae d. IIII. *Ianuar.* CIↃ IↃ CC LXII.

DOCTISSIMO NOBILISSIMOQVE

VIRO

IOAN. BVRCKH. CASPARI

DEFENSORI HVIVS DISSERTATIONIS PRAESTANTISSIMO

S. P. D.

PRAESES.

Quemadmodum non tam in mentem venire nobis mortalibus in genere ſolet, quare verum ſit aliquid, quam falſum dicendum; ſic, veritas etiam impugnata, efficitur, maiori negotio vt contra ſuos obiurgatores defendatur. Itaque ſi vel ille SEMLERO Cel. teſte, laudem magnasque etiam gratias meretur, qui non tantum ab ipſis dubiis proponendis, ſed publice etiam propugnandis iis non abhorrebat, quae contra noſtram communem verioremque doctrinam de obſeſſis excogitantur: quanto maiores erunt laudes gratesque, quae TIBI ſunt habendae, defendenti nobiscum, et id quidem lubente mente eam, quam a maioribus, recte ſentientibus, et, quid hos homines virosque tantum eruditos compello! ab ipſo ſpiritu diuiniore accepimus de daemoniis opinionem! Ago TIBI, et omnes mecum gratias habebunt, quorum eſt de obſeſſis habere non errantem et vagam, vt multi, ſed, vt noſtri, ſtabilem et certam ſenten-

tentiam. Neque enim laboribus pepercisti, qui in hac et tali caussa susciendi erant; neque pertimuisti sumtus, quos postulat certamen, in quod descendisti. Tribuo TIBI, quas debeo, laudes, Clarissime CASPARI! Amplissimas autem diligentia meretur, quam adhibuisti, praeclaras exigit doctrina egregia et singularis, quam TIBI comparasti, praecipuas desiderant reliquae virtutes, quibus non TIBI tantum me iamdiu, et statim, simulac TE vidi, deuinxisti; quibus soles animos omnium conciliare TIBI, quibus TEcum consuetudo intercedit. Loco itaque inuidiae, quam SEMLERVS Cel. verebatur, gratulor ego TIBI veritatem, ad quam TV propius accessisti. Et pro iniquis atque illepidis vituperatoribus et reprehensoribus, quos ille timere et denuo deprecari debebat, qui in δαιμονων caussa παραδοξα magis et ab consuetis abhorrentia, quam trita, etiamsi sint rectissima, defendit: TIBI, Respondens doctissime! omnium in patria suffragia praemiaque atque honores promitto atque spondeo, quod mihi et meis precibus es obsequutus, adiutor et praesto mihi in omnibus fuisti, quae nobis necessaria erant, si, quod maxime hic operam dedimus, hominum doctissimorum ingenia excitarentur ad cogitata SEMLERI examinanda verumque quid in illis sit et falsum, inuestigandum. Adsit itaque Deus et in posterum TIBI Tuisque piis conatibus et studiis, quae adhuc bene vertit. Sic coetus noster sanctior in TE aliquando doctorem habebit egregium: sic patria in TE laetabitur ciuem, qualem poterat, id est, optimum sperare: sic TVIS Totique TVAE familiae TV decus atque fulcrum eris, mihique, quod opto atque maxime rogo, porro fauebis atque amicus eris. Ienae Dab. IIII. Ianuar. a.r.s. clɔ Iɔ cc LXII.

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

RESPONDENTI

S. P. D.

IOANNES IACOBVS CRETZSCHMAR

MOENO-FRANCOFVRTENSIS.

Semper TE cognoui, amice dilectissime! vt talem, qui omni tempore in sacris litteris versatur. Etiam hac occasione prodis TVVM conatum in illas, quia TE bonum defensorem earum geris. Crede mihi, haud exiguum est, de re tali disceptare; TVVM ergo studium maximopere laudandum. Perge, laudabilia facta suscipere, sis impiger in addiscendis litteris. Quo facto, TE quoque patriae saluberrima officia praestare, et fructus diligentiae accipere posse, meque tunc felicissimum fore, spero. Dab. Ienae d. IIII *Ianuar.* cIↃ IↃ CC LXII.

NOBI-

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

IO. BVRCKHARDO CASPARI

S. P. D.

PETRVS HARTMANN.

OPPONENS.

Ex quo ad hanc Musarum sedem me contuli, et coepi TE familiariter vti, prohibet impotentia mea, quo minus diligentiam Tuam verbis exprimere possim; et illam, quanto magis percipio, tanto magis TE familiarius vti me dignaris. Natura talibus donis naturalibus TE instruxit, vt illam, non aliam ob causam, quam litteris inseruiendi gratia TE produxisse, crederem. Vix duo praeterlapsi sunt anni, publice fructus sanctioris doctrinae in illis perceptos ostendere cupis. Haud immerito mecum omnes, qui TE norunt, intellectum, rationem et ingenium Tuum admirantur. Scio, TE pro tua consuetudine in hoc certamine litterario etiam palmis potiturum, me autem tantum esse pugnaturum. Attamen gratias debitas ac maximas pro Tua intima amicitia, ac pro honore, ago, quo me dignum iudicasti, quum me ad hoc bellum litterarium idque publicum prouocaueris. Imposterum amicitiae TVAE me etiam commendo, optoque, vt omnia TIBI prospere ac fauste, quae ex votis fluunt, procedant. Gratulor patriae de tali, qualis TV es, ciue optimo, qui aliquando illi, confecto cursu academico, praestanda praestare poterit, et, TE, post reditum ad patrios lares ecclesiam militantem defensurum, ministeriumque aliquando ex te fructus haud minimos percepturum esse, persuasum mihi habeo. Dabam Ienae die XVII. Decembris CIↃ IↃ CC LXI.

ERGO

NOTIO ILLA ANIMAM MORTVI

ESSE ET DICI

IN EVANGELIIS DAEMONEM OPINIONI DEBETVR NON VERO DEO IPSI IN SCRIPTVRA ALICVBI ADFIRMANTI

IDEOQVE NEC DOGMATICA DICI DEBET NEC PRO TALI QVAE HERMENEVTICE VERA ATQVE EX EVANGELIIS DERIVATA EST HABENDA

HOC

DEO TER OPTIMO MAXIMO FAVENTE

IN

ALTERA DISSERTATIONE THEOLOGICO-HERMENEVTICA

EVINCERE

ET

PERMITTENTE THEOLOGORVM ORDINE SPECTABILI

PRAESIDE

VIRO MAXIME REVERENDO

IOANNE STEPHANO MVLLERO

SACR. SANCT. THEOLOG. LICENTIATO

PROFESSORE PHILOSOPHIAE PVBLICO SERENISSIMI PRINCIPIS SCHWARTZBVRG. RVDOLST. IN SENATV SACRO ADSESSORE SOCIETATIS LATINAE QVAE IENAE FLORET COLLEGA HONORARIO

FAVTORE ET SVO PRAECEPTORE AETERNVM COLENDO

DIE XXX. OCTOBR. CIↃ IↃ CC LXII

PVBLICE DEFENDERE CONATVR

GEORG. CHRIST. WAGENBRONNER

Sueuofurtenſis

Sacrarum Litterarum Cultor.

IENAE LITTERIS MARGGRAFIANIS.

§. I.

Quod est enim SEMLERO Cel. maius argumentum, *id, quod plerique statuerunt de daemonibus christiani, non esse ex euangeliis deriuatum, siue hermeneutice verum*; quam *notionem* δαιμονιϱ, δαιμονος, *hoc inter Iudaeos et Graecos Christi tempore inuoluisse*, vt *anima mortui daemon esse crederetur*? Vel, si ab hoc discedas, quod etiam sumsit Cel. SEMLERVS ad concludendum: *homines, quiscilicet olim dixerunt, daemonem ille habet, eos opinatos fuisse, animam cuiusdam mortui impedire, et turbare animam viuentis rationalem*; nunc dicas, quamnam premat SEMLERVS Cel. aliam atque fortassis quoque grauiorem caussam, *daemoniacos non a spiritibus, qui numquam hominis anima fuerunt, malis atque infestis, vexatos fuisse? a)* Quod vero cum per se leuissimum esse argumentum, tum falsum etiam atque dubium nominari debere; hoc vel nos confirmauimus in prima dissertatione argumentis atque rationibus. Vberius autem hac de re atque fusius nunc demum et in illo opusculo, quod in manibus habemus, disputabitur.

Nexus, inter priorem et hanc dissertationem intercedens, ostenditur.

§. II.

a) §. XIII. dissert. SEML. et §. I. nostr. prior. disputat.

§. II.

Quid, si quis forte aduersarius exiſtat, promittitur.

Quum autem ſuo cuilibet iudicio ſit vtendum, difficile factu eſt, me id ſentire, quod omnes velint. Pauci vtinam, quorum tamen in rebus, ad religionem pertinentibus, patet atque valet quodam modo auctoritas. Equidem etiam ex iis fructum non iniucundum capio laboris mei, qui ad ſummam in noſtris ſacris dignitatem atque gloriam prouecti, primam non contemſerunt diſſertationem *b*): quorum ſtudio probandi meum etiam ſtudium defendendi veram de daemoniacis doctrinam in dies incitatur. Quos quidem plures, quam rebar, eſſe, ex litteris illorum cognoui. Nec, effici id poſſe, confido, quod ne poſtulandum quidem eſt, vt inprimis recuſemus, quin SEMLERVS Cel. diſſentiat interdum a nobis. Quemadmodum enim nos contra illum dicere ſolemus; ſic ille etiam ſibi ſcire videtur. Itaque tantum abeſt, vt ſcribi contra nos velimus, vt maxime etiam exoptemus praecepta atque monita, humaniter a Viro Cel. promiſſa. Vnicum haberem, quod peterem tamen, ſi poteſtas nobis daretur, vt ad finem, quam exorſus ſum, eam perducere poſſem diſſertationem. Interim ſi vel placeret contrarium Viro Cel. nec ego quidem magnopere repugnarem. Quare reſponderene mihi malit, de ſingulis rebus, quaerenti ea, quae parum accepi, an meam audire vniuerſam diſputationem de daemoniacis, quos ipſe ſibi formauit, habendam: ad me enim quod attinet; prius, quam manus extrema operi acceſſerit, qualicumque meo, rurſus ego nihil reſpondebo.

§. III.

Grauitas cauſſae indicatur ſuſceptae.

Itaque Vir Cel. probauit, vel potius conatus eſt probare, daemoniacos non niſi a mortuorum animabus turbatos impe-

b) Quis enim nomen WALCHIORVM, CRVSII Lipſienſis WEICHMANNORVM, reliquorum, non noſtra prorſus contemnentium, ignorat?

impeditosque Christi tempore fuisse. Nobis autem vt videtur quidem, non solum SEMLERVS Cel. ea non sumsit ad concludendum, quae ab omnibus conceduntur; sed ea etiam adhibuit, quibus concessis, ne effici quidem illud potest, quod voluit Theologus Halensis. Vetus opinio, iam vsque a primis ducta rei Christianorum temporibus, eaque et Dei ipsius et omnium Theologorum consensu firmata, versari quamdam inter argumenta infirmitatem, daemoniacos non a spiritibus, Deum inter et hominum animas mediis, cruciatos fuisse! Magnifica quaedam res et salutaris, si probatur modo: quaeque proxima ad vim miraculorum, quae saluator fecit, daemonumque naturam, quorum fit mentio in euangeliis, hominum contentionibus dissensionibusque possit accedere. Quare quantum conniti animo possumus, quantum labore contendere, si res, ad veram religionem pertinentes, defendere labor est potius, quam voluptas; tantum faciamus, vt illud, quod volumus, etiam efficiamus, neue committamus, vt, cum omnia nobis suppeditata sint a Theologis ipsaque scriptura diuiniori, nos defuisse ipsimet nobis videamur.

§. IIII.

Criteria hermeneuticae veritatis sunt repetenda.

Vt autem eo clarius perspiciatur, quo iure argumenta nemo admittat forte Cel. SEMLERI, nostram de daemoniacis doctrinam accusantis deque nota meliori suam commendantis; *prius* in medio ponam vera veteraque hermeneuticae veritatis fundamenta: *deinde* etiam perquiram, quae sint, qualiaque illa, quae Viro Cel. placuerint inprimis. Prius autem, quod si id facerem, veraque atque propria declararem signa hermeneuticae veritatis, quasi vel Virum Cel. ipsum erudirem, qui tum in optimo genere philosophiae, tum etiam in theologia tantum processerit, vel vellem instruere alium quemdam Lectorum meorum; merito et summo iure reprehenderer. Sed ab eo plurimum absum, neque, vt ea cognoscantur, quae semper fuerunt manebuntque notissima, enodabo characteres hermeneuticae veritatis. Proponam

illos eum potius in finem, vt facilius, et vel ab iudice et aeſtimatore aequiſſimo eorum, quae ſentit de obſeſſis SEMLERVS Cel., cognoſci atque animaduerti queat, illos non ſemper in memoria Viri Cel. manſiſſe. Deinde neque locus eſt, neque tempus, vt hic acquiescam in cuiuslibet nomine, notas et characteres hermeneuticae veritatis conſtituentis. Etenim quamuis velimus inuenire, non tamquam aduerſarium aliquem refutare, certe conatus ſum congredi cum acuto atque valentiſſimo viro. Opponi autem a plurimis atque ſtatim ſolet, contra quos inſurgunt Theologi noſtri, et a quorum nominibus conſulto et de induſtria abſtinetur, conſtitui quidem atque proponi a nobis notas quasdam, quibus veritas hermeneutica iudicaretur; ſed fore, vt quis diu, fruſtra tamen, quaereret, ſi alios forte characteres, atque res noſtra ipſa poſtularet, hermeneuticae veritatis deſideraret. Itaque ne et nobis illud a Viro Cel. obiiciatur, quod noſtris Theologis ab omnibus fere atque infeſtiſſimis rei Chriſtianorum hoſtibus fuit exprobratum tanquam vitium *c*); repetam, in quonam inuentores primi veritatum et quaſi architecti diſciplinarum, philoſophi, inquam, hermeneuticam collocauerint veritatem. Nam Vir Cel. ipſe ſibi ſapere videtur. Sintne, non quaerit, aliqui, qui, hoc vel illud verum eſſe, putent? verum, vtrum ſit illud certum, et cur? id quaeritur a Viro. Quanto magis ergo ego veneror proboque, quia vera ſunt, nec a philoſophorum characteribus valde diſſidentia, Theologorum ſigna et praecepta hermeneuticae veritatis; tanto minus SEMLERVM Celeb. quicquid modo

c) Alia enim *Fanaticus* criteria ſtatuit hermeneuticae veritatis, alia iterum *PONTIFICII*, *SOCINIANI* atque *CALVINISTAE* agnoſcunt. ABR. CALOV. in Tom. I. *Syſt. Loc. Theolog.* IOAN. GERHARDVS in Tom. I. *Loc. Theolog. de interpret. S. S.* IOANNES MVSAEVS *de vſu principior. rat. et philoſophiae in controuerſ. theol.* Summe venerab. IOA. CHRIST. KOECHERVS in *Beſcheidener Vertheidigung der evangeliſch lutheriſchen Religion wider mancherley Vorwürfe und Beſchuldigungen aller ihrer Gegner.* Cap. 1. 2. 3.

modo poſtulauerint, Theologi mouebunt *d*). Quae atque talia plura inprimis me ad hoc deduxerunt, vt tales in poſterum, ſi dantur, viros Theologosque producam, teſtes, quorum auctoritatem denegare, idem foret, ac fidem ipſius Cel. SEMLERI in dubium vocare. Si vero tales nulli ſuppetant nobis, quod ſuſpicor, interdum fore, per dicta atque ſententias illorum, quos citabo, ego deinde ipſe iudicabo. Et ſic nunc etiam argumenta illorum velim, vt ea, quae

d) In manibus ſunt noſtris litterae, quas miſit ad nos Cel. SEMLERVS. Vix ac ne vix quidem arbitror, eum ſcripſiſſe in iſtis, quae occultari velit. Nam Vir. Cel. ipſe adfirmat in fine: *Dieſe Probe wird hinreichen, die Vorſtellung zu machen, was in meiner Antwort vorkommen wird.* Praeter alia vero, quae mentem et ſenſum Cel. Viri magis declarent, in illa epiſtola haec quoque verba leguntur, lectione et omnium conſideratione digna: *Sie*, ad me ſe autem oratio conuertit, *wollen ſententiam maiorum durchaus beybehalten, wovon nie die Rede iſt. Denn ſententias maiorum kan ich nicht in die Glaubenslehre rechnen. Es wäre auch gar nicht nöthig geweſen. Denn es hat keinen Nutzen und Relation auf dieſe Controvers. Daß ſo oft von puriori doctrina, vom Umſturz der Lehre von Engeln überhaupt, und von dem Anſehen der heiligen Schrift geredet wird, und daß Bekker und andere alle religionen conculciren ſollen: dieß zeigt wohl Dero und anderer Urtheil hiervon an; enthält aber keinen allgemeinen Grund, daß auch ich und alle ſo ſtatuiren müſſen.* Et ſic forte credo, nonnullos fore, qui id, quod diximus de Viro Cel. eiusque modo cogitandi, lubenter atque ſtatim concedant. Idem certiſſime WALCHIVS ſtatuit, Goettingenſe illud decus atque ornamentum. Tradam verba Theologi, nihil tam verens, quam ne ab illo veniam ſim atque poteſtatem impetraturus. Nam dicta tanti Theologi celari, quis iubebit? Ita autem ſi caetera ſupponas, amice dicta, Theologus inprimis reſpondet, modeſte et diligenter rogatus, ut, quid de noſtris conatibus ſentiret, nobis quodam modo declararet: *Wenn Herr* Doct. SEMLER *antwortet, ſo wird er, wenn ich ein Prophet ſeyn darf, an einigen maioribus zweifeln. Er wird zugeſtehen, daſs er anders dencke, als alle Lutheriſche Theologen gedacht und Zeugniſſe gebraucht, die kein anderer Theolog bishero gebraucht; er wird aber fragen: ob er deswegen übel gedacht? oder ob in der Hermeneutik eine gewiſſe Symbolik ſtatt habe? Ich habe dieſes deswegen melden wollen, damit man etwa in der Fortſetzung dieſem Zweifel auszuweichen ſuche.*

producam, in posterum semper pro nostris habeantur. Itaque, quicquid illis forte a Viro Cel. obiiciatur; illud dictum esse contra nosmet semper ipsos, putabimus. Quemadmodum etiam tam diu illa nos omnia dicta atque effata, quae citantur, pro veris atque concessis habebimus, dum deerit, qui ista solide et firmiter accusabit. Equidem ego et hic paullulum decedo de iure meo. Omnes enim Theologi, quotquot sunt, qui de subsidiis atque remediis in interpretanda scriptura diuiniori aliquid praeceperunt, ii, ad patres atque doctores ecclesiae orthodoxos nos etiam, tamquam ad *testes subsidiarios*, ire illorumque non prorsus contemnere, iubent, *prophetias*, id est, diuinorum oraculorum explicationes *e*). Quod primum. Alterum quod, nos, declarat, ipsos hic multum detrahere de iure nostro, in eo consistit: Saepe diximus *f*), et nunc quoque adserimus, nos non tam quemdam refellendi, quam excitandi studium aliorum caussa, differere voluisse de biblicis obsessis: Itaque dabo lubenter, testes, productos, SEMLERVM Cel. non mouere: impellunt certe alios viros Theologos.

e) TERTVLLIANVS de *praescr.* IOANNES GERHARDVS, Tom. I. Cap. XV. de *Interpret. Sacrae Scripturae* pag. m. 48. IOANN. CONR. DANHAVERVS in *Hermeneutica sacra* pag. 384. CAMP. VITRINGA in *Typo doctr. proph.* part. III. c. III. p. 212. IOANNES LEVSDENIVS in *philolog. ebraeo-mixt.* dip. XVI. et XVII. IO. FR. BVDDEVS in *Elem. philos. instr.* part. II. Cap. 3. §. 34. pag. 222. SALOMO GLASSIVS *in philolog. sacra*, lib. II. part. II. sect. II. *de scripturae sensu eruendo.* p. m. 505. 506. ABRAH. CALOVIVS in *System. loc. theologicor.* Tom. I. Cap. IIII. Sect. I. pag. 473. Confer. eiusdem *Theol. bibl. illustrata*, Proleg. Genes. pag. 8. seq. et AVG. PFEIFFERI *Hermeneut. sacr.* cap. 14. *de test. subsid.* §. 12 - - 18. p. 190 - 207. Item IO. IAC. RAMBACHII *Institut. hermeneuticae sacrae variis obseru. illustrat.* Libr. III. Cap. 9. §. 1 - et 12. Vbi simul grauissimi recensentur interpretes atque exegetae. Quorum auctoritas eo certe valebit, vt alii diligenter atque accurate inquirant in hanc caussam; si non sit in iis, vt SEMLERI Cel. sententia de biblicis obsessis in omnibus releuetur.

f) Vide *Prooem. dissert. I.* p. 16.

gosque, si quosdam citabo, ad veram de daemonibus doctrinam diligenter, et sicut conuenit, indagandam atque tuendam (§. II.).

§. V.

Sunt autem hae de hermeneutica veritate, vt opinor, aeternae, retentae, defensaeque a philosophis sententiae atque proprietates. Primum *duae*, quae generatim ponuntur: *Repetuntur.*

Nihil hermeneutice verum, nisi quod potuit omnino auctor quidam exprimere per suum sermonem.

Nihil hermeneutice verum, nisi quod voluit idem per verba suppeditare.

Sex, quae speciatim ponuntur, declarant, quidnam auctor potuerit inuoluere suis verbis et dictis. *Duae*, quid voluerit tandem. Et quia in primis tria postulantur, si auctor potuerit omnino suis quid dictis proferre et verbis: *Primum*, vt fieri *per se* potuerit, vt tale, quod creditur, verba dicant: *Alterum*, vt illud, quod dicant, ab *ipso* quoque *auctore* potuerit omnino dici: *Tandem*, vt id, quod dicatur, *scriptum* quoque, siue *oratio ipsa* permittat, ab auctore profecta; tres priores *primum* confirmabunt:

Nihil exprimere verba per se potuerunt, nisi id, quod in rerum natura per se fieri potuit aliquando:

Nihil, nisi quod verba per se, quibus quis vtitur, indicare potuerunt:

Nihil, nisi quod dicere potuerunt, si ita, quemadmodum re vera sunt copulata, inter se coniungantur.

Duae, quae sequuntur, *secundum* testantur:

Nihil ab auctore ipso dici potuit vsurpatis verbis, nisi quod cum tota disciplina, cui sese tradidit, conspiret.

Nihil, nisi quod cum sententiis consentiat, a tali auctore alibi prolatis.

Sexta

Sexta proprietas principium poſtremum ſtabilit:

Nihil ſcriptum permittit, niſi quod cum antecedentibus atque conſequentibus concinnat.

Reſtant characteres, quibus, quid dicere auctor *voluerit*, forte debeat iudicari:

Nihil voluit auctor dicere, niſi, quod finis atque ſcopus permittit, quem ſcriptor ſibi praefixit:

Nihil ſcopus permittit, niſi quod occaſio permittit, quae datur, ſcribendi g).

§. VI.

g) Si ea, quae nos de philoſophorum libris depromſimus, ſigna hermeneuticae veritatis, quis credat, ſeſe in hisce verbis BAVMGARTENII inueniſſe; me ſaltem non habebit diſſentientem. *Non ſufficit*, inquit mortalitati ereptus, *ad certitudinem hermeneuticam, vt probetur, verba dicti et ſcopum ex contextu aliisque determinantibus momentis cognitum admittere aliquem ſenſum, in ſe non abſonum, nec aliis ſcripturae locis contrarium, ea enim omnia tantum demonſtrant, poſſe eiusmodi ſenſum ibi locum habere, a poſſe tamen ad eſſe non valet conſequentia: verum id debet euinci et ſatis commonſtrari, quicquid excogitari demum poſſit ſenſuum et interpretationum, id omne vel locum nullum habere vel minui ipſi rationis ad veritatem ineſſe, quam illi ſenſui, quem noſtrum fecimus*, in *Diſſert. Theol. de dictis ſcripturae ſacr. probantibus* §. XIIII. pag. 17. 18. Nec iis repugnabo, qui WOLLIVM ſequuntur in regulis, quibus veritas hermeneutica iudicetur, diligenter et accurate conſtituendis. *Ad probabilem veritatem*, inquit coelitibus adſcriptus, *pertinet etiam hermeneutica veritas. Haec etenim nec ex immediata ſenſuum perceptione duci poteſt; adeoque veritas oſtenſiua haud eſt: nec ex mediato ſenſuum tactu, per concatenatam idearum reflexarum ſeriem, patet; quam ob rem veritas etiam demonſtratiua in ſpecie non erit. E. veritas hermeneutica nulla ex demonſtratiuis veritas eſſe poterit. Verum erit illa tamen eiusmodi, vt demonſtratiuae certa ratione non cedat veritati, ſi quidem plures habeat gradus. Dicam breui: hermeneutica veritas ſacra tantum ſemper et lucis et certae rationis in ſe habet, quantum ad conuincendum ſapientem requiritur hominem. – – Atque hac ratione hermeneuticam veritatem ſacram ex ſpeciebus acroamaticae eruditaeque probabilitatis vnam eſſe, concludimus. Tranſiliunt terminos, quibus mentem humanam Deus circumſcripſit, qui omnibus in rebus, quotquot hominum cognitioni ſubiectae ſunt, ἀποδεικτικὴν ac mathematice certam*

quaerunt

§. VI.

Atque haec quidem philoſophorum iudicia atque ſententiae de hermeneutica veritate. Qualia ſint vero ex illis, quae in SEM-

An in interpretationem, a SEMLERO Cel. ſuſceptam, cadant: diſquiratur.

quaerunt veritatem. Dogmaticos olim, antiquorum ſectam philoſophorum ille demonſtrandi pruritus vexaſſe videtur. Nunc vero poſtea errorem, quum probabilitatem prorſus ignorarent eruditam, nouae eique oppoſita. Scepticorum aberrationi, vt omnia in dubium vocarent, occaſionem praebuiſſe, coniectura me ducit, vt credam. Nobiscum ſentit P. GASSENDVS *Metaphyſ. diſquiſit. Anti-Carteſ. ad medit.* II. *dubit.* I. *Inſtant.* II. *Ridet hos ſeueros dogmaticos, Scepticis valde affines* IOANNES LOCKIVS, *philoſophus magnae Britaniae acutiſſimus, admodum ſalſe de l' Entendement Lib.* IIII. *ch.* XI. §. 10. *Sicut autem probabilitas hermeneutica omnium ſcriptionum propria eſt: ita ab diuinorum codicum non potuit arceri enodatione. Ea, quae ſacri ſcriptores mente voluerunt, ſenſu immediate capere haud licet. E. ex rerum circumſtantium, quae ſub ſenſus cadunt, concurſu, quid ſibi voluerint, concludendum. Iſtud, quod adhuc dubium reſtat, ipſa ſalutaris Spiritus S. compenſat certiſſimumque reddit obſignatio. - - Naturam ergo probabilitatis hermeneuticae, quantum ſatis eſt, meae partes erunt declarare. Ingenium fingit* 1. ὑποθεσιν *quamdam hermeneuticam, quae per ſe ipſa mera poſſibilitas eſt, dum ex virtute vocum ac rerum, primo quidem adſpectui patentium, concludimus, poſſe aliquem ſenſum habere locum. Haec iam adhuc ficta* ὑποθεσις *nihil eſt aliud, quam mera coniectura ſuſpicio ac diuinatio, quae aliquam veri ſpeciem, nihil logice verſ comprehendit. - - In quadam autem poſſibili* ὑποθέσι *interpreti erudito haud erit acquieſcendum. Sed accedat, neceſſe eſt* 2) *relatio rerum, ipſam orationem circumſtantium, a iudicio ſuſcipienda,* quo 3. *ex facili earum concentu ad veritatem acceptae* ὑποθεσεως *demum concludere queat. In hermeneutica nou. foed.* §. 1. *ax.* 1. *pag.* 150-151. §. *IIII. Regul. III. pag.* 159. 161. Iudicent, quicquid alii velint, quorum eruditionem et merita cetera veneramur: per nos licet. Ad nos autem quod attinet; nobis pace virorum illorum ad eas notas et characteres hermeneuticae veritatis, tamquam ad regulas legesque animus eſt, totam dirigere futuram diſputationem, quas in paragrapho ipſo tradidimus lectori noſtro. Interim *Illuſtr.* DARIESIVS in *Via ad veritatem Sect. V.* §. *CCCCVII. ſeq. pag.* 247. IOAN. GEORG. zur LINDEN in *ration. Meditationis hermeneut, Cap. II.* §. 561. 562. et immort. BVDDEVS, in *Elem. Phil. Inſtrum. Par. II. Cap. III.* §. *XI. pag.* 206. curate legantur.

SEMLERI Cel. conueniant obſeſſos: hoc ipſum, vti longa, ita magna quaeſtio eſt, eſſe vero certum eum et definitum, neceſſe eſt. Et quia, quae vberius diſputantur et fuſius, facilius etiam calumniam effugiunt aduerſariorum; breuius autem atque anguſtius concluſa, apertiora etiam ſint ad reprehendendum: dilatanda eſt paullulum diſputatio noſtra, vt nulla res tacite praetermittatur, noſtris diiudicationibus atque contemplationibus digna. Ipſa ſe igitur tutabitur diſputatio noſtra, et quidem longe facilius fortiusque contra ſuos aduerſarios futuros, quum, quod optimum quidem nobis videtur, de ſingulis ſingulatim erit actum. Sic non ſolum quid quisque concedat, quidue abnuat, ex conceſſis rebus concludi, a quouis intelligetur, ſed etiam, quid velit, ad exitum venire.

§. VII.

Quid, ſi in Cel. SEMLERI interpretationem primum criterium cadat, ſit probandum.

Itaque primum omnium, quod requiritur ad hermeneuticam facti cuiusdam veritatem, in eo conſiſtit, vt fieri illud per ſe poſſit, quod factum in mente auctor dicitur habuiſſe (§. V.). Sed ſi SEMLERVS Cel. conſulatur, ſpiritus diuinior animabus hominum mortuorum tribuit, quicquid, legimus, mali olim obſeſſos euangelicos occupaſſe (§. I.). Si igitur vel hoc primum, quod poſtulant interpretes, in ſenſum SEMLERI Cel. cadat, neceſſe eſt, vt duo de demortui hominis anima probentur. Primum: *Pars, quae ſuperſtes eſt et manet, hominum non mortalis, impedire atque turbare in genere poteſt animam et corpus hominis viuentis.* Maximum vero: *Quanta vis atque potentia, quanta crudelitas in ipſis daemoniacis, quorum fit mentio in euangeliis, ſaeuiit olim: tantum etiam, atque in ſpecie hominum demortuorum animae exercere potuerunt in homines viuentes.*

§. VIII.

Probatio SEMLERI.

Sed hoc, quod primum eſſe debet in omnibus interpretationibus, a ratione ſuſceptis: hoc, quod vel interpretes *ingenioſi*, merasque coniecturas ſectantes, quid? *Sociniani*

niani ipſi, ſeruant, tamquam ſolemne ſuum *h*): hoc, inquam, ne quidem SEMLERVS Cel. effecit. Adeo, quod pace tamen dixerim, caret, quam tradidit, explicatio omni probabilitate. En enim atque mirare totam, quam dedit, rei huius probationem? *Pars hominum non mortalis, dum vita durat, in corporeis quaſi vinculis atque limitibus eſt incluſa. Morte autem ſoluitur illis. Nexu rerum humanarum non exit; ſed ſoluta, gaudet iam facultate maiori operandi. Non gratis atque fruſtra pollet praecipuo ſciendi et intelligendi vſu; ſed illum transfert ad humanas res iuuandas atque impediendas i*). Haec, ſi quaedam inueniantur, atque talia ſunt in tota diſputatione, nil poſſe deprehendi in biblicis obſeſſis, quod effici non poſſit per animas mortuorum.

§. VIIII.

O virum atque Theologum acutum, quam paucis verbis tam graue tamque magnum negotium, putat, confectum! Ea ſumit ad concludendum, quorum ipſi nihil conceditur plane. Concluſio autem rationis ea probanda eſt, in qua ex rebus non dubiis id, quod dubitatur, effici ſolet.

In qua probatione primum, quod inuenitur, nec Theologus,

h) *Ingenioſi interpretes ſubſiſtunt in ſenſus cuiusdam poſſibilitate, eamque pro veritate amplectuntur, aliqua elegantiae ſpecie interdum exornatam.* CHRIST. WOLLIVS *in hermeneut. nou. foed. §. IIII. Regul. III. pag.* 159. Sociniani plerumque id agunt, vt non tam, quis ſenſus ſit verborum ſcripturae, quam, quis forte eſſe poſſit, doceatur, idque ſatis eſſe arbitrantur, interprete SMALZIO c. FRANZ. pag. 27. *Satis eſt, docuiſſe, verba illa aliter legi poſſe, et proinde alium ſenſum, quicumque tandem ille ſit, in illis contineri.* Et in refut. Rauensb. pag. 10. *Ad euertendam aduerſariorum ſententiam, non eſt neceſſe, vt dicamus, fieri Abraham, neceſſario hic de tempore futuro intelligendum eſſe, ſed ſatis eſt, fieri Abraham de futuro tempore intelligi poſſe.* Similia leguntur *loc. cit. pag.* 6. *in Ant. Franz pag.* 312. *et* apud SOCIN. de *Seru. Chriſt.* pag. 11. Cap. XXII. et paſſim alibi. Vid. CALOV. in *Syſt. loc. theol. Tom. I. Cap. IV. Sect. II. Quaeſt. XX. pag.* 671. 673.

i) §. IV. pag. 5. diſſertat. SEML.

let. *Primum* Vir enim hoc ſumit: *Si dantur corpora hominibus; ipſis vincula quoque atque ſimul carceres dantur.* Quis hoc Viro Cel. dabit? Theologusne? De quo vehementer, etiam atque etiam dubito. Hic enim exemplum illuſtre vocat et documentum, in doctrina de morte multas reliquias *gentilismi* dari *k*): hic Deo pro die gratias decernit, quo naſcitur atque connectitur corpus humanum cum anima noſtra *l*): hic id in numero ponit clamantium et pertimeſcendorum peccatorum, quod impedit, quo minus anima inter ſe atque corpus coniungantur *m*): hic meminit, illud dogma totum ſub Imperatore Iuſtiniano, in ſynodo Oecumenica Conſtantinopolitana II. communibus patrum ſententiis damnatum: itemque anathematis fulmine percuſſum in Conſilio Bracarenſi *n*): hic non ſolum ex illo mentis ergaſtulo

k) PLANERVS in *noua de animae propag. Sententia. Diſſert. acad. pag. 6. præfat.* MOSHEMIVS in *not. I. ad §. XXXI. Sect. III. Cap. V. Syſtem.* CVDWORTH. *pag.* 1079. Summe Vener. WALCHIVS in *Lex. Phil.* Art. *Seelen-Urſprung. pag.* 2331 - 2333. et CHR. AVG. CRVSIVS Lipſienſium illud Theologorum decus, in *Commentat. de Reliquiis Gentiliſmi in opinionibus de morte.* Duumuiri illi atque Celebratiſſimi Theologi id ſuis in commentationibus egerunt, vt ſimul euerteretur illa de vinculis corporeis animarum opinio. Suo tamen quisque modo. Ille ex ſacro tantum codice noſtro; hic ſimul ex philoſophia tela ſumſit. Digna ſunt verba commemoratu, quae fecit in fine WALCHIVS noſter ſumme Venerandus. *Daſs die Heyden,* inquit, *auf ſolche Gedanken verfallen, darüber hat man ſich nicht ſo ſehr zu verwundern; als daſs Chriſten, welche die heilige Schrift vor ſich haben, wo ſie mit der Vernunft nicht kœnnen zurecht kommen, ſich dergleichen Dinge kœnnen belieben laſſen.* Durius quidem, vere tamen CALOVIVS de hac cauſſa loquutus eſt, *quod animae in carceres detrudantur; vaniſſima eſt fabula.* Vid. *Syſt. loc. Th. Tom. III. Art. V. Cap. I. Quaeſt. X. pag.* 1082.

l) Iob. III, 1. 2. 3. etc.

m) Geneſ. XVIII, 20. XXXVIII, 9.

n) IOAN. CONRAD DANNHAVERVS, in *Colleg. Pſychiologic. Diſp.* I. *Theor.* I. et IOANN. ANDR. PLANERVS loc. cit. qui verba, quibus damnata eſt opinio talis, ſimul ſuppeditauit: *Si quis, animas*

ſtulo αυτοχειριαν o), ſed etiam αποθεωσιν illam et νεκρομαντιαν deducit, puriori et verae religioni aduerſam p): verbo, Theologus vel, radices, iubet, huius opinionis exſtirpari q).

§. X.

An forſitan philoſophi noſtri celebrant talia ergaſtula animarum? Dolendum, ſi Deus nos vere in talia tempora reſeruaſſet. Aſt tantum abeſt, vt hoc etiam ex noſtris quidam admittat ſapientibus, vt, ſiue doctrina de ortu animarum ſumatur, de qua diſſerunt in ſcholis; ſiue commercium ipſum ſpectetur, quod animam inter et corpus datur, ego dubitem, inueniri quemdam, qui id, quod Vir Cel. primo ſumſit, tamquam certum atque indubium ſit conceſſurus. Ad ortum animarum enim quod attinet: plurimos quidem philoſophos ſcio recentiores, qui, veterum atque orthodoxorum doctrina r) de animarum generatione relicta, pon- *Nec philoſophi.*

 tifi-

mas humanas, dicit, prius in coeleſti habitatione peccaſſe, et propter hoc in terras deiectas eſſe, ſicut PRISCILLIANVS *dixit, anathema ſit. pag. 7. praefat.* Confer. CALOVIVS *loc. et pag.* 1082. cit.

o) CYRENAICVS HEGESIAS, qui cognomine πεισιθάνατος inde dictus fuit, argutationibus ſuis tanta vi hominibus perſuaſit, animam, quum e corpore exceſſerit, infinite perfectius et beatius viuere, vt is, teſte CICERONE *Tuſcul.* Lib. I. Cap. 34. a rege PTOLEMAEO prohibitus eſſe, dicatur, illa in ſcholis dicere, quod multi, his auditis, mortem ſibi conſciſcerent.

p) Celeb. CHR. AVG. CRVSIVS in *prior. cit. commentatt.* pag. V.

q) Summam igitur laudem Sum. Ven. CRVSIVS meretur. Egit id enim in ſuis commemoratis commentationibus duabus.

r) *Noſtrates orthodoxi plerique omnes animarum creationem reprobant, ac propagari easdem per traducem vel generationem aſſerunt*, inquit ABR. CALOVIVS. *loc. et Tom. cit. pag.* 1084. Confer. Summe vener. WALCHIVS noſter, pag. 2338. *Lex. Phil.* ſimiliter dicens: *Zu den neueren Zeiten, ſonderlich nach der Reformation hat dieſe Hypotheſis der Traducianer auch bey den Theologis unſerer Kirche mehr Beyfall gefunden.*

tificios quodam modo imitantur *s*), et ſimile quoddam adſtruunt ſyſtema damnato a Theologis atque patribus noſtris, id eſt, iam credunt, ante hominum corpora illorum etiam animas fuiſſe *t*). Quod ipſum vero, licet nec ſacro codice fundatum *u*), neque in libris ſymbolicis receptum *x*); non creditur tamen ad carceres

s) Plerique e Pontificiis ſententiam de traduce non modo pro erronea habent, ſed, ceu haereticam, reiiciunt. Vid. LOMBARDVS I. II. *diſſ.* 17. 18. *et* THOMAS ac *commentatores* ad utrumque; IOANNES GALLIEGO DE LE SERNA Medic. Reg. Hiſpan. *declam. de orig. animae* contra SENNERT. Cap. 8. opinionem D. SENNERTI *haereticam et in fide ſatis ſuſpectam* dicit. SENNERTVS enim inter illos exiſtebat, teſte CALOVIO, *loc. et Tom. cit.* pag. 1101. qui *propagationem animarum per traducem defendebant et prolixe propugnarunt.*

t) Dici vix enim poteſt, quot dentur, quibusque atque qualibus exornant omnibus elogiis *animalcula* illa *Spermatica*, a PLATONE atque HIPPOCRATE quaſi praedicta, ab HAMO, HARTSOECKERO, atque ANTONIO LEWENHOECKIO obſeruata, in *actis eruditor.* de anno 1682. pag. 321. & de anno 1705. pag. 545. delineata, a LIEBERKVEHNIO, iteratis experimentis, in litteris ad noſtrum HAMBERGERVM inculcata, et noſtris temporibus a ſtrenuo illo rerum naturalium inueſtigatore, MART. FROB. LEDERMüLLERO, in duabus commentationibus, quarum altera an. 1756. altera 1758 prodiit, renouata, et iterum quaſi in ſcenam vocata. Vid. *literae, nouiſſimum ſtudiorum humanitatis cultum deſcribentes* (*Briefe, die neueſte Litteratur betreffend*) XXVI. XXVII. XXVIII. *Epiſtol.* Quis vero illa vult propugnare: nec ſimul animas ante generationem veramque hominis vitam admittere?

u) Duodecim CALOVIVS citauit ſacrae Scripturae oracula diuina, animarum propagationem, per *traducem* factam, κατα την διανοιαν certe, ſi non, vt aiunt, κατα το ſemper ρηθον probantia. pag 1087. pag. 1094. *Loc. et Tom. cit.* Confer. Summe venerab. WALCHIVS in *Lexico Philoſoph.* Art. *Seelen-Urſprung.* pag. 2333.

x) Quid mirum! ſi fauet ipſa *Formula Concordiae* propagationi animarum pag. 577. 639. *Epit. de P. O. theſ.* XI. et in *ſolida repetitione de P. O. th.* 11. quum, non ſolum LVTHERVM, ſed etiam MELANCHTONEM, ſcimus, qui magis in ſententiam de generatione animarum, quam aliam forte inclinauerint cauſſam. Beatus LVTHERVS etſi in Gen. XLVII. cap. nolit diſputare, *an anima egrediatur de corpore?* probaſſe tamen ipſum magis ſententiam de *traduce*; B. CHTTRAVS teſtis eſt,

ceres vsque animarum noſtrarum, quibus, ſi cum corporibus connecterentur, illas noſter includeret Deus *y*).

§. XI.

Et ſic in Virum Cel. vinculaque, quae ſibi formauit in corporibus animarum, ſingulae etiam familiae philoſophorum, commercium inter animam atque corpus explicantium, quemdam impetum facere poſſunt (§. X.). Qui, quod inprimis LEIBNIZIVS atque WOLFIVS fecerunt, ante corporum et animarum coniunctionem iam iam defendunt, quandam a Deo harmoniam ſtabilitam eſſe *z*), illi, concedo, multa

Quamcumque etiam ſectam reſpicias,

eſt, qui *lib. de vit. et morte part.* II. *pag.* 26. *Lutherum*, inquit, *magis in eorum ſententiam, qui, ex traduce propagari animas, cenſuerunt, inclinaſſe, in poſtrema diſputatione, ab ipſo Ann.* 1546. *habita, ipſe ex ore eius audiui.* Quibus conſonant, quae in *diſput. illa vltim. tom. I. Ienenſ. lat. Pſal. XXXI. ſeq.* leguntur. *Philippus*, facilem eſſe explicationem propagationis aſſerta traduce, agnoſcit in *prim. Enarr. Symb. Nic. part. I. Oper. fol.* 413. *animasque ex traduce oriri*, AVGVSTINVM *et alios multos doctos et ſapientes magis ſenſiſſe*, obſeruat.

y) Sic neque in Illuſtris DARIESII *pſychologia*, neque in REVSCHII et WOLFII ſyſtematibus tale quid deprehendi, quod corpora animarum in carceres atque ergaſtula mutarit. Illuſt. DARIESIVS animarum *praeexiſtentiam* vere probabilem dicit, §. XLVIII *Pſych. rat.* Nihilominus docet, *vim* animae in ſtatu praeexiſtentiae *inefficientem et incompletam fuiſſe, non cogitaſſe, et ſchemate, quod datur, perfectiorem fieri.* §. I. cor. II. et §. XLIX. Sch. confer. §. XL. *Pſychol.* Neque REVSCHIVM atque WOLFIVM animarum praeexiſtentia impedit, quo minus, *animos*, docerent, *dum praeexiſtunt, eſſe in ſtatu perceptionum confuſarum adeoque et obſcurarum: ex ſtatu autem perceptionum confuſarum atque obſcurarum ſucceſſiue pro incremento roboreque corporis auctο in ſtatum diſtinctarum perceptionum transferri.* REVSCHIVS in §. 830. *Syſt. Metaphyſ.* Confer. WOLFIVS in §. 697. ſeq. *Pſychολog.*

z) Hiſtoriam huius ſyſtematis Summe Vener. WALCHIVS in *Lex. Phil. Art. Harmonie zwiſchen Leib und Seele* pag. 1389. WOLFIVS in *pſych. ration.* §. 612. *not.* REVSCHIVS in 806. §. *Syſtem. Metaphyſ.* GEORG. VOLCMAR. HARTMANNVS in *der Anleitung zur Hiſtorie der Leibniz-ſch-Wolfiſchen Philoſophie. Sect. III. Cap.* 4. *pag.* 272. *ſeq.* MART. KNVTZEN in *praefat. comment. phil. de commercio mentis et corporis, per influx. Phyſ. explicando pag.* 3. *ſeq.* ſcripſerunt.

multa possunt, quod alii ne conantur quidem *a*). Quemadmodum enim plura Deus, si illos audis, euertere potest, vt suscitentur; sic hominum etiam animas, vt extrahat, immergere, et, vt emittat, includere potest, si id, quod tales philosophi possunt, in genere sumatur. Attamen me quædam retinent, vt credam, id illos concessuros esse. Si enim Systema illorum accuratius requiratur; duo obstare videntur: *perceptiones imperfectiores*, siue, quod malunt, *obscuriores*, quas animae tribuunt, nondum cum corpore coniunctae (§. X.); praecipue autem tota, ad quam corpus et anima agunt, inter se vnita, *harmonia* illorum. Haud enim haec mediocriter perficit, si re vera locum habet, animam humanam *b*).

§. XII.

et tempora Illorum

Iam de CARTESII et MALEBRANCHII via, quid dicam, commercium inter animam atque corpus enodandi. Multum commenti et religione Deoque indigni inuoluit, quod probe quidem scio *c*). Tam turpiter tamen ne

a) Vid. DARIESIVS in *Psychol. Rat. Sect.*. II. *Cap.* II. *Tit.* I. Inprimis vero Summ. Venerab. WALCHIVS *loc. modo cit. pag.* 1394 - 1398. vbi plures commemorantur, qui id, quod iudicauimus de harmonia praestabilita, solide, vt nobis quidem videtur, probauerunt.

b) Saltem Cel. CRVSIVS de hac caussa nobis adsentitur. Nam, *si harmonia praestabilita vera est, ideoque ante corporis euolutionem, cum quo mentis notiones perpetua harmonia conspirant; nullae*, inquit, *in anima insunt perceptiones clarae aut distinctae adeoque nulla vita actualis; atque hoc semper requiritur, vt cum organorum debita adfectione demum ideae congruae in mente existant: necesse est profecto, vt vel pereunte corpore hoc, quo nunc vtimur, omnis clara perceptio et vita in anima occidat, aut haec alio vtatur induaturque corpore, cuius consensu perceptionum clararum et distinctarum series continuetur.* Vid. Ipsius *de reliquiis Gentilismi in opinionibus de morte commentatio. Part.* I. *pag.* XVIII.

c) Summe Venerab. WALCHIVS in *Lex. Phil.* Art. *Seelen-Vereinigung*, pag. 2301. REVSCHIVS in §. 802. 804. *Systemat. Metaphys.* LEIBNIZIVS in §. 61. *Theodic.* BVDDEVS in *Institut. Theol. Dogmat.* Lib. II. Cap. 2. §. 48. pag. 566.

ne CARTESIVM quidem in hac cauſſa, quam ipſum, credunt, *d*) LEIBNIZIVM, nonnulli, peccaſſe atque lapſum eſſe. Quod autem concedere prorſus non deberent philoſophi iſti, id, ſi vellent, carceres SEMLERI Cel. eſſent, quibus includit animas humanas. Cum enim, Deum adſiſtere tantum animabus atque corporibus, ſumant, agentibus; nonne ſimul defendunt, corporis et animae coniunctionem propterea eſſe factam, vt mens et corpus humanum perficerentur? Cum Deo tantum occaſio praebeatur, efficiendi, vt anima, vnita corpori humano, hoc atque illud queat cogitare; numne idcirco in carceres animae coniiciuntur humanae, ſi, quod in mundo ſaepe fieri ſolet, animae corporibus humanis adiungantur?

§. XIII.

REVSCHII autem et CRVSII, KNVTZENII atque DARIESII, HOLLMANNI atque GOTTSCHEDII: (vt enim veniam ad noſtros atque *influxum phyſicum e*) defendentes ſapientes) qui quaeſo atque obſecro ego, iſti philoſophi talia in noſtris corporibus ergaſtula pati poſſint animarum? cum, animas, tam diu negent, quicquam diſtincte atque clare cogitantes, quam diu carent ſchemate perceptionum, cui, ſi cogitet, anima ex mente illorum vnita atque praepoſita eſſe debeat (§. X.): cum ponant in corpore noſtro *poſitiuas ſenſationum conditiones f)*, impedientes autem et retardantes mentem in cogitando, quas *negatiuas* vocant conditiones, non tam a propria atque prima

SEMLERO Cel. conceſſuri ſint forte.

d) Ill. DARIESIVS in §. LXXIII. *Pſychol. Ration.*

e) Fata huius ſyſtematis Summe Vener. WALCHIVS in *lex. Phil.* art. *Seelen-Vereinigung mit dem Coerper*, pag. 2291. ſeq. recenſere voluit, veritatem autem, praeter M. KNVTZENIVM, in *comment. philoſ.* de *Commercio ment. et corp. per influx. phyſic. explic.* et IOANN. P. REVSCHIVM, in *ſyſt. Metaphyſic.* Cap. VI. §. 794. Illuſt. DARIESIVS in Sect. II. Cap. II. Tit. III. *Pſych. rat.* optime omnium atque accuratiſſime euicit.

f) Summ. Vener. CRVSIVS in *l. citat. commentationum* pag. XVII.

prima conſtitutione deducunt, quam potius a lapſu hominum parentumque primorum *g*). Ipſum nos PLATONEM, dubitamus, a quo noſtri diſciplinam acceperunt, vmquam carceres animarum ſomniaſſe, ſi conſtans manſiſſet ipſemet ſibi ſuamque *tabulam raſam*, ad quam formabat animam humanam, cogitantem, diligentius atque paullulum accuratius conſideraſſet; quod ii, qui repugnant non huius tantum Philoſophi diſciplinae, ſed ſcholis quoque aliorum, id eſt, noſtri omnino fecerunt *h*).

§. XIIII.

Alterum fundamentum, cui probatio Semleriana innititur, ponderatur.

Tantum ſat eſt ad intelligendum, primum ſumere SEMLERVM Cel. pro certo, quod dubium et controuerſum ſit in argumento (§. VIIII.). Deinde contorquet et ita concludit: *ſi hominis anima vere fuit incluſa corporeis vinculis; concluſio eſt, illam ſolui morte.* Quis duo non videt hic iterum implicari, quorum in tali foro, quo vere Vir Cel. erat conſtitutus, neutrum pro certo atque indubio habetur? *Primum* hic ſumitur *immortalitas animarum.* Qua petita, ſumitur etiam, *illas immunes a corporibus manere.* Negari quidem horum neutrum poſſet, ſi nos SEMLERVS Cel. ad viros mittere, Theologos diuinitusque inſpiratos, potuiſſet. At,

g) REVSCHIVS in §. CCCLXVII. *Introduct.* in *Th. Reu.* et Summ. Venerab. GVNNERVS in §. 163. *Inſtitut. Theol. Dogm.*

h) Notum eſt, veteres de vi atque potentia animarum *ſymbolice* atque, vt barbare dicunt, *emblematice* loquutos fuiſſe. PLATONICIS idem erat anima, atque tabula, a qua per corpus puluis quidam, qui inhaerebat, quaſi raderetur. ARISTOTELICI *nudam* contra animam deſtitutamque vi atque ad cogitandum neceſſaria potentia, nominabant. Quod autem ſic propter varias, quas inuoluit, difficultates diſplicuit philoſophis recentioribus, vt optimi illorum, Platonicos imitati, in corpore tantum *remouentem* non autem *cauſſam efficientem* admiſerint, in mente cogitationes et ſenſationes producentem. Luculentiſſimum rei huius exemplum Illuſtr. noſter DARIESIVS loc. cit. §. LXXXV. LXXXVIII. et XC. REVSCHIVS *immort. loc. cit.* et KNVTZEN in *adleg. comment.* praebuerunt.

At, quantam tunc Theologus Halenſis μεταβασιν εις αλλο γενος, vt artis periti loquuntur, commiſiſſet! Theologus enim in eo conſtitutus erat, vt, quod inuenerat, ſacram noſtram ſcripturam interpretando, id nunc quoque probaret, per ſe cum rerum veritate conuenire, nec vlla et vere inter ſe pugnantia implicare (§. V. VII.). Quod vero vt ſine vitio, ſine μεταβασει εις αλλο γενος, ſine circulo atque orbe efficeretur; nulla hic ad noſtram ſacram ſcripturam deſcendendi facultas, Theologo Halenſi poteſtasque dabatur. Itaque agere philoſophum debebat. Hinc vero quanta pugna eſt doctiſſimorum hominum, negantium, eſſe animarum immortalitatem corporumque illam immunitatem, a philoſophis euictam *i*).

i) Ex *Veteribus* philoſophis verba atque ſententiae M. T. CICERONIS de hac re nobis in primis placent: *Mors*, inquit, *ipſa, quae videtur notiſſima res eſſe, quid ſit, primum eſt videndum. Sunt enim, qui diſceſſum animi a corpore, putant, eſſe mortem. Sunt, qui nullum cenſeant fieri diſceſſum, ſed vna animum, et corpus occidere, animumque cum corpore exſtingui. Qui, diſcedere animum, cenſent, alii ſtatim diſſipari, alii diu permanere, alii ſemper. - - Harum ſententiarum, quae vera ſit, Deus aliquis viderit: quae veriſimillima, magna quaeſtio eſt. Vtrum igitur inter has ſententias diiudicare malumus, an ad aliud quoddam ire. - Arduum eſt, animos remanere poſt mortem. Plurimi contra nituntur, animosque quaſi capite damnatos, morte multant, neque aliud eſt quicquam, cur incredibilis his animorum videatur aeternitas, niſi quod nequeant, qualis animus ſit, vacans corpore, intelligere et cogitatione comprehendere.* Lib. I. *Tuſc.* Ex ſententiis autem medii aeui, in quas hac de cauſſa Philoſophi inclinant, SCALIGERVM atque GROTIVM probo. Ille, *omnia quidem*, ſcribit, *eſſe appetunt; caeterum eſſe alterum eſſe ab hoc eſſe, adeo neſcimus, vt quotidianis vel ſuſpicionibus, vel perſuaſionibus res etiamnum ſit controuerſa.* Exerc. 307. *contr.* CARDANVM ſ. 33. Hic, *ex parte poteſtatis*, inquit, *certum philoſophis eſſe, quod Deus poſſit praeſeruare animam a morte: ex parte voluntatis non poſſe vllo ideneo argumento probari, quod nolit Deus, ſupereſſe animum et quoa velit, vt exſtinguatur.* Lib. I. Cap. XXI *ſeqq. de Veritate relig. Chriſt.* Ex Theologis autem et quidem religioni pontificiorum addictis, non prorſus ea diſplicent, quae DIONTSIVS PETAVIVS de hac re atque BONAVENTVRA cogitarunt. Ille, poſt-

§. XV.

Et sic quoque tertium neque placet veteribus philosophis.

Concedo, remanere post fata partem hominis non mortalem, corporeis vinculis atque limitibus solutam: *manebit idcirco in nexu rerum humanarum?* Sumitur id autem ad daemo-

postquam THOMAE AQVINATIS et CONIMBRICENSIVM rationes, a natura petitas, recensuisset, addit, sect. vltim. Tom. III. oppos. Theol. *Rationes istas non tanti esse, quas Christianus substernere siue fidei, siue spei theologiae in agone mortis possit, sed firmiores petendas esse ex reuelatione diuina. Quam verum enim et possibile est, animas humanas non habere esse proprium, antequam infundantur corporibus, tam possibile et congruens futurum, vt possint redire ad pristinum nihil, absque contraria dispositione diuina si esset* Hic autem in *Commentario in* Cap. III. *Eccles.* v. 21. adfirmat: *Quod fides nostra supponat immortalitatem animae; et huic concordare philosophiam, sed cum ratio illa et philosophia occulta sit, multasque habeat rationes dubitandi, ideo paucos, et fere nullum posse certificari de animae immortalitate, nisi adiuuaret fides.* Ex nostris autem Theologis et quidem antiquioribus talibus, CHEMNITIVS atque HVLSEMANNVS, vt nobis quidem videtur, rem bene atque acu tetigerunt: *De spiritibus separatis et intelligentibus varia finguntur a poetis, sed nihil certi potest affirmare philosophia de ipsorum origine vel conditione.* CHEMNITIVS *in loc. de Creat.* Cap. III. *Quod animae humanae post mortem naturalem neque intereant plane neque intereant ad tempus resuscitationis, neque dormiant aut insensiles sint eo vsque, nos ex sacris literis solis firmiter ostendi posse, asserimus. Hae solae enim fidem diuinam et fiduciam infallibilitatis generant. Quae vero in fauorem et praeeminentiam animae humanae, pro illius existentia post separationem, afferuntur ex congruentia diuinae prouidentiae et aequitatis cum praeeminentia animae humanae, iam inde a prima origine indita prae animabus materiatis, ea non inducunt absolutam necessitatem admittendi indelebilitatem animae, sed, vt recte censuit* TERTVLLIANVS *de Resurrect. carn. cap.* 34. *ex amore innato et philautia animae humanae exaggerantur, et refelluntur per interueniens peccatum Adami, quod praeeminentiam omnem pessumdedit, si quae fuit.* HVLSEMANNVS in *Vindic. Sacr. Script.* Art. XX. Sect. I. §. I. pag. 959. seq. Quod autem recentissimos attinet Theologos, hancce caussam diiudicantes, praeter summe vener. IERVSALEMVM, quem laudauimus *in der Sittenlehre Iesu §.* 162. pag. 146. 147. WEICKHMANNI, o grande

daemones, quos Christus ex obsessis eiecerit, in nudas animas hominum conuertendos (§. VIII.), et id, non tantum

 philo-

grande decus Theologorum! iudicium nunc tantum commendo grauissimum. *In quo quidem campo*, (animos cum omni aeternitate adaequari), inquit, *tanto maiori cum voluptate versor, quod huius in doctrinae certo insigne reperio praestantiae religionis, a Christo transditae, argumentum. Equidem maximi facio diuinum rationis donum, quando sese non effert nimium, sed suae sibi infirmitatis conscia, clarius lumen et anquirit et inuentum sequitur. Magnae vero puto sapientiae, limites terminosque non migrare, quibus scientia eius continetur, ne plus ab illa exspectes, quam praestare possit. Dudum mihi sententia stetit, rationem, suis instructam praesidiis, ad liquidum, sine ulla dubitatione, perducere non posse, animos vitam nostros non finire. - - Tantum mihi non sumo, vt iudex virum sedeam laude dignissimorum, quod haec humanae miseriae oblectamenta atque solatia susceperunt, omnibus modis fulcienda. Aequiores tamen sunt illi, quam vt aegre ferant, si dixero, ratione prope veram hanc aeui futuri spem reddi, non ad certam prorsus fiduciam redigi. Quid mentis acies nostrae possit, non exacuta coelestiore, sic est* PLATONIS *sedulitas experta, vt hodieque classici scriptoris decus obtineat. Parum certe sequentium cura temporum ponderibus adiunxit, quibus ille in Phaedone atque Axiocho fuit non sine vbertate orationis admirabili vsus. Modum me honestandi Philosophi minus excedere, cernes oculis, vbi vel ipsum versare placuerit, vel sagacissimum eius interpretem,* THEOPHILVM GALAEVM, *in philosophia generali* III. 2. Sect. 10. §. 5. *seq. Praefulcit communem gentium consensionem, vt attentionem moueat. Tunc simplicem animarum naturam, captum latissime patentem, perpetuo viuendi cupiditatem, continentem agitationem, rerum ab sensibus remotarum notitiam persequitur. Nec docet modo, sed flectit etiam argumentis, quae moralia vocat. Dei iustitia instat, atque vrget, quae ferre non possit, vt virtus sine animi stabili perpetuaque mansione longe miserrima, scelerum iucunditate vincatur. Religionem vocat in subsidium, firmiter haud colendam, nisi fuerit animus mortis expers, atque caeterorum officiorum complexionem, hoc robore maxime munitam. Angorem conscientiae, assidua futurae aeternitatis cogitatione quotidie reuocatum, cum primis inculcat. Agmen dignitas claudit animi, vehementer imminuta, si nihil inter hominem pecudesque interst. Quid ad haec, quod ratio quidem norit, addi potest? Num* PLATO, *his omnibus ponderatis, acquieſcit? Imo vero maiora subsidia totus exoptat,* λογον θειον, *verbum diuinum quo tanquam tutiore certioreque modo, ac firmiori vehiculo transmittatur.* Vid. *Iesus in vitam reditus, aduersus mortis terrores praesidium firmissimum.* programma, pag. XXXII. seq.

philoſophis iterum; ſed etiam Theologis litigantibus atque repugnantibus. Vnde enim tot lacrymae veterum atque quaerelae philoſophorum, quae de huius rei ignoratione maximaque eruditorum diſſenſione leguntur, ſi, in qua ſede manerent animae poſt mortem, exploratum atque certum fuiſſet *k*)? Cur teſtes ſuos, Deos immortales, *veteres* philoſophi memoraſſent: ſi, vbi ſint atque maneant demum animi, ipſis perſpectum atque cognitum fuiſſet (§. XIIII.)? Cur quoque ſapientiſſimi illorum adhuc animo et quidem tam vehementer fluctuaſſent, vt, quo ſe verterent, hac in cauſſa nihil haberent *l*): ſi tanta cum fiducia noſtris locum animabus praedeſtinare ſciuiſſent, quanta id ipſis, corporibus ſolutis, SEMLERVS Cel. fecit? Quorſum *inferi*, apud quos et philoſophi et poetae, vitam cenſebant, reliquam agi mortuorum coenarique fortaſſis: quem ad finem *aether* ille immortalis, in quem mens noſtra animusque defunctorum incidat *m*): quid *aſtra* illa, inter quae animae fortium virorum collocentur: *cur tenebrae* illae, in quas demergantur, quae maculis atque morbis ſunt conſumtae: quid *inſulae* illae beatorum *n*) atque *campi Elyſii o*): ſi animas, credidiſſent, in nexu rerum humanarum manere? Quid philoſophorum in eas *oras migrationes, quas incolant ii, qui e vita exceſſerunt p*): quid *alta via*, quid *ardua illa*, quid *ſpeluncae ſaxis aſperis, maximis pendentibusque ſtructae*, quas veteres philoſophi, eorum-

k) §. IIII. *diſſert. prior.* pag. 21. ſeq.

l) CIC. Lib. I. *Tuſcul.*

m) CVDWORTHII *Syſtem.* Cap. V. Sect. III. §. XXI. Not. 4. §. V pag. 1039.

n) PLATO in *Gorgia.*

o) REVSCHIVS in *Pneum. hypothet.* §. 1150. *et* 1151. vbi, non quid modo generatim ſana hominis ratio determinare poſſit, ſolide demonſtratur, ſed inſuper opiniones in hoc argumento variae, et ſine ratione ſufficiente fictae, indicantur.

p) CIC. loc. cit.

rumque interpretes, poetae, poſt mortem pertimescebant *q*): quid etiam MERCVRIVS, ψυχοπομπος ille, quo duce, tam obſcuram animae ingrediebantur viam olim *r*): nonne exire omnes volunt nexu rerum humanarum? Et quid duces tandem et principes nominem, quum CATO, *legiones*, ſcribat, *ſaepe alacres eum in locum profectas eſſe, vnde redituras ſe, non arbitrarentur?* Probo igitur conſilium CICERONIS, quod hac in cauſſa cepit. Melius videtur atque longe praeſtabilius cautiusque ipſis, de morte cogitationibus, quas viris, diuinitus adflatis, tribuit SEMLERVS Cel. Nam, *nos*, inquit CICERO, *ſi quid tale acciderit, vt a Deo denunciatum videatur, vt exeamus e vita, laeti, et agentes gratias pareamus emittique nos e cuſtodia, et leuari vinculis arbitremur, vt in aeternam et plane in noſtram domum remigremus s).* Quae quidem omnia ſunt munere atque officio SEMLERI Cel. quam M. TVLLIO CICERONE digniora. Quis enim iſtud, *animas manere in nexu rerum humanarum poſt mortem*, comprehendere animo poteſt Theologorum? quis admirari? quis aut cultu aut religione dignum iudicare?

§. XVI.

Ecce, quam valde philoſophi quoque *recentiores* hac in cauſſa haeſitarint! *Nach der Vernunft wiſſen wir nichts von dem Orte, dahin die Seele nach dem Todt werde gebracht werden*, inquit, aequiſſimus ex illis, prudentiſſimusque, WALCHIVS, ſumme venerabilis noſter *t*). Cui REVSCHIVM adiungo, de pneumaticis meritiſſimum, noſtrum. *Ordo*, dicit

neque recentioribus talibus adridet.

q) §. IV. noſtr. Diſſert. prior.

r) MOSHEMIVS §. XVII. *not.* 4.) *ad* §. XXI. Sect. III. Cap. V. *Syſtem.* CVDWORTH. pag. 1050.

s) CIC. Lib. I. *Tuſcul.*

t) pag. 2349. *Lex. Phil. Art. SeelenZuſtand nach dem Todt.*

dicit *u*), *tractationis nos ducit ad locum atque regionem, quam incolant animae separatae, speciatim considerandam. Sed quamquam in hoc argumento manifeste nostra se prodat ignorantia: non tamen est, cur in querimonias de cognitionis nostrae imperfectione effundamur anxie, et cur de loco beatorum atque damnatorum peculiari solliciti simus scrupulose.* Vterque tradit simul nobis errores philosophorum, variasque in hac caussa fictas hominum opiniones. Neuter ad illum rerum humanarum nexum videtur nostras animas transferre, in quo SEMLERVS Cel. credidit animas, solutas corpore, permanere. Fac vero, quosdam ingredi in disputationem: vel tales, quas defendebant veteres, animorum admittent peregrinationes (§. XV.); quod CANZIVS *x*) nostris inprimis temporibus atque IOANNES PETRVS REVSCHIVS *y*) fecerunt: vel exitus saltem latet quidam animarum, quas, adserunt, non cum corpore exstingui, si illis locus vel alius concedatur, atque fuit ille, quem ante atque in hac mortalium vita inhabitabant. Quod si exemplo luculentissimo atque illustrissimo legere quis velit comprobatum; illud apud illustrem DARIESIVM discere poterit *z*).

§. XVII.

Et quid, si incidant in illud, Theologi nostri!

Theologi restant, iudices quoque in hac caussa. Qui tam abhorrent vehementer a loco, quem SEMLERVS Cel. tribuit animabus, suo corpore solutis, vt omne πῦ, quod non sit beatorum vel damnatorum, error atque opinio falsa habeatur. Quum WALCHIO, summe venerando, vix rei huius meliorem habebis interpretem: ecce, quae hac de re com-

u) *loc. cit.* pag. m. 920.

x) Loc. cit.

y) in §. CCCVI. *Introduction. in Theol. reuel.*

z) §. XCVI. *doctr. de ciuit. Dei.*

commentatus eſt noſter! Ecce originem atque auctores ſententiae illius, quam SEMLERVS *Cel.* reuocauit! Ecce conſectaria illius! Ecce demum refutationem, quae exſpectari a Theologo potuerit *a*)! A quo

a) *Einige*, inquit, *haben dafür gehalten, daſs die an und vor ſich unſterblichen Seelen der Verſtorbenen zurück kämen, und ſich zuweilen den Menſchen auf Erden zeigten. Vor Alters ſtunden die* PLATONICI *in dieſen Gedancken, wie aus dem* PHAEDONE *des* PLATONIS *ſelbſt, ingleichen aus dem* PORPHTRIO, ATHENAEO, MAXIMO TTRIO, ENAPIO *und andern zu erſehen, welches auch bey den Heyden verurſachte, daſs ſie beſondere Solennitæten und Feſt-Tage, die Seelen der Verſtorbenen betreffend, anſtellten, damit ſolche durch ihre Erſcheinungen die Menſchen nicht erſchrœcken mœgten, und gleiches haben die Cabbaliſten und Rabbinen geglaubet, welches aus dem, was* R. MANASSE B. ISRAEL *de reſurrect. mort.* Lib. II. Cap. 6. *aus dem Buch Zoar angeführet, zur Genüge kan erſehen werden; wie denn auch nicht weniger ſolche Gedancken die Türcken haben. Dieſe Meinung ſteht den Papiſten über die maſſe wohl an, unter denen ſich* DELRIO *in diſquiſit. mag.* lib. II. quaeſt. 26. Sect. 4. *und* CASP. SCHOTTVS *phyſic. curioſ.* Lib. II. Cap. 19. *viele Mühe gegeben, ſelbige zu behaupten und auf feſten Füſſen zu ſetzen. Denn ſie finden dabey die ſchœnſte Gelegenheit, das arme Volck in ihrem blinden Aberglauben zu beſtærcken, und machen demſelben weiſs, wie ſie ſich gegen ſolche erſcheinende Seelen zu verhalten, damit ſie aus dem Fegefeuer befreyet würden, mit einem Wort, es bringt Geld ein, dahin des* PETRI THIMAEI *Werck de adparationibus ſpirituum gehœrt. Zu verwundern hat man ſich, daſs dieſe abgeſchmackte Lehre nichts deſtoweniger von dem* HENRICO MORO lib. 2. *de immort. anim.* cap. 16. *und von dem* GLANVIL *in Saducaeismo triumphato* P. II. Sect. 24. 26. *wieder aufgewaermet, aber mit keinem Beweiſs, weder aus der heil. Schrift, noch aus der geſunden Vernunft, ſondern mit eben den Einbildungen, Muthmaſungen, Platoniſchen Grillen erwieſen worden. Denn es widerſpricht dieſe Meinung ſchnur ſtracks der heil. Schrift, welche erſtlich von den Seelen der Frommen und Gerechten bezeuget, daſs ſie in Ruhe und Friede leben, folglich muſs es eine unſtreitige Wahrheit ſeyn, daſs ſie nicht herumwandern oder bodenweiſe laufen:* **Der Gerechten Seelen ſind in Gottes Hand, und keine Qual rühret ſie an**, *heiſt es* Sap. 3, v. 1. *und unſer Heyland ſprach zum Schaecher:* **Heute wirſt du mit mir**

quo non dissentire IOANNES PETRVS REVSCHIVS videtur. Inter varias enim eruditorum opiniones, quas, statuit,

im Paradies seyn, Luc. 23. v. 43. *das ist, gleich nach deinem Todte wirst du an den Ort der Seeligen kommen, daselbsten bey mir bleiben, und ein Glied dieses meines Koenigreichs seyn. Wenn nun aber die Seelen der Frommen, nach ihrem Todte also bald an dem Ort der Seligen sind, und bey Christo bleiben, als Glieder seines Koenigreichs, so fahren sie ja nicht hier bey uns herum. Hernach zeiget sie dergleichen von den Seelen der Gottlosen, da unter andern der Ort* Luc. 16, v. 22. 23. *deutlich sagt, dass der reiche Mann gleich nach seinem Todte in der Hoelle und in der Qual gewesen sey, und nicht einmahl wieder hieher kommen koennen, seine Brüder zu warnen, er würde sonst Abraham nicht gebethen haben, dass er Lazarum senden sollte. Es sey nun dieses eine würkliche Geschichte oder Parabel, so mus doch die geistliche Meinung und Intention unsers Heylandes unbetrüglich wahr seyn, dass augenblicklich nach dem Todte die Seelen der Gerechten von den Engeln in Abrahams Schoos getragen werden, der Gottlosen aber ihre stracks hinunter zur Hoelle wandern, woraus denn keine Erloesung ist. Und wer mag wider die Worte Dauids, eines Mannes nach dem Herzen Gottes, etwas einwenden, wenn er, da sein Kind gestorben war,* 2 Sam. 12. v. 23. *spricht:* **Nun es todt ist, was soll ich fasten? kann ich es auch wiederum holen? ich werde wohl zu ihm fahren, es kommt aber nicht wieder zu mir.** *Und Hiob sagt* cap. 7. v. 9. 10. *Eine Wolcke vergehet und fährt dahin: also wer in die Hoelle hinunter faehrt, kommt nicht wieder herauf, und kommt nicht wieder in sein Haus, und sein Ort kennt ihn nicht mehr. Daher sagt* AVGVSTINVS contra Pelag. cap. 28. *sehr wahr: es hat keiner etwa einen mittlern Ort, dass er nicht dürfe bey dem Teufel seyn, wer nicht bey Christo ist; und* TERTVLLIANVS *und* IVSTINVS MARTTR, *zwey der aeltesten Scribenten, bekennen, dass die Seelen, wenn sie von ihren Leibern getrennet werden, nicht länger hier auf Erden bleiben. Und die, so einmahl in den hölischen Pfuhl hinunter gefahren wären, wanderten weder nach ihrer eigenen Willkühr, noch auf Befehl anderer hier herum, aber die boesen Geister moechten sich wohl listiglich so vorstellen, als ob sie die Seelen der Verstorbenen wären* (Confer. §. XXII. Diss. nostr. prior). *So ist es gewiss auch eine schlechte Ausflucht, wenn man sagen wollte, dass, ob schon der Verstorbenen Seelen nicht*

ſtatuit *b)*, hac in cauſſa, *ſine ſufficiente ratione fictas* atque excogitatas eſſe: GREGORIVM DE VALENTIA, M. I. VITRIARIVM, *Conimbricenſes*, multosque etiam alios commemorauit, animam poſt mortem non ſtatim exire nexu rerum humanarum, credentes atque defendentes.

§. XVIII.

Sequitur porro, iam *animam tam operandi facultate gaudere maiori, quam praecipue etiam intelligendi atque ſciendi vſu pollere, quum ſit ab omni corpore ſoluta* (§. VIII.). Quam leuis ſit concluſio, quae formatur: id ſatis iam et *primo* perſpici poteſt ex fundamentis, quibus innititur, infirmis. Superſtructa eſt autem duabus rebus, petitis modo atque precario adſumtis. *Prima* erat: *animas in corpora, tamquam ergaſtula detrudi* (§. IX. XIII.). *Altera* autem: *animas demortuorum omni corpore vacare* (§. XIIII.). Quarum opinionum leuitas in antecedentibus demonſtrata, nunc non deſiderat demum noſtram diſputationem. *Deinde* concederem, vſum ſciendi maiorem fieri: ſi animae vel in nullo nexu, vel ſaltem in meliori manerent. Si vero, quod credit SEMLERVS Cel., manent in nexu rerum humanarum: tum non probabile modo contrarium videtur; ſed verendum eſt etiam, ne

In nouum quoddam SEMLERI Cel. fundamentum impetus fit.

nicht vor ſich natürlicher Weiſe zurücke kommen könnten; ſo wäre es doch wohl durch eine beſondere göttliche Zulaſſung mögl ch. Denn es iſt nicht einerley, ob Gott etwas könne, und ob er etwas wolle geſchehen laſſen, welches letztere hier auf keine Weiſe zu erhärten iſt, und wird derjenige billig ſich vergebens Mühe machen, der nur ein einziges Exempel einer ſolchen erſchienenen Seele fürbringen wollte, ja aus der Hiſtorie vom reichen Manne ſehen wir gar zu klar, daſs Gott dergleichen nicht verſtatten wolle. Vid. Lex. Phil. Artic. *Geſpenſt* pag. 1287 - 1289. Conferatur Articulus *Todt*, et illud inprimis, quod de POIRETI et LEIBNIZII cogitatis atque opinionibus noſter iudicauit pag. 2573 vsq. 2575.

b) Loc. cit. pag. m. 926. 927.

imperfectiores fiant operandi atque intelligendi facultates humanarum animarum. *Primo* imperfectior semper fit et existit facultas rei cuiusdam operandi, quo confusior perplexiorque ipse nexus, cui res immergitur, haberi debet *c*). Sunt autem in tali res, proh dolor! humanae. De quo tantum abest, vt Theologus possit dubitare, (hic enim caussam primam harum perturbationum repetere potest, id est, lapsum cognouit hominum primorum), vt id etiam philosophus vel rerum, quae quotidie occurunt, quodammodo edoctus, lubentissime concedat *d*). Quid multa, quum res expediri breuissime possit! Quaere, quorum veritas partim in physicis, partim etiam in prima demonstratur philosophia; reminiscere legum, ad quas, tanquam ad normas, motus sequuntur: sume, quod toto quasi die fieri solet, rem fortius et magis in agendo turbari, si proxime atque, vt aiunt, immediate impeditur, quam si hoc tantum remote atque tum demum contingat, quando aliae res interuenerunt: tum etiam intelliges, quam late conclusionis infirmitas pateat: animam humanam ideo sciendi et operandi vsu maiori gaudere, quod sit ab omni corpore soluta atque libera facta. Tandem nec video, quid ille cogitare possit, qui animae, suo, quo antea gaudebat, corpore destitutae, intelligendi pariter atque operandi vsum concedit maiorem; si haec, quae tradunt psychologi principia perpendere atque considerare velit: *Si anima atque spiritus motum quemdam producant: necesse est, vt eundem sponte agendo atque pro adpetitu et auersatione producant: Anima atque Spiritus posita demum occasione sponte sua agunt vel appetunt et auer-*

c) Illustris DARIESIVS in §. XLIX. *rationalis* et §. CXXIV. *empiricae psychol.* et §. LXI. nostrae *Metaphys. differt.* in qua *Problema* soluitur: *vtrum doctrina de mentis materialitate hypothesis philosophica possit vocari?*

d) Breuiter id, eleganter tamen et solide Cel. ANDR. WEBERVS, ostendit, in Sectione II. commentationis, sic inscriptae: *Beweis, dass eine wahre Religion bey unsern Vmstaenden nothwendig einen geoffenbahrten Glauben erfordere, der auf eine Genugthuung gegründet ist.*

auerſantur: *Occaſio per perceptiones et repraeſentationes ponitur animabus atque ſpiritibus ſponte agendi vel adpetendi et auerſandi*: *Nouas rerum perceptiones in hominis anima poni prius nequeunt, quam fuerit corpore debito, id eſt, ſuo organico praedita e*). SOCRATES ſaltem, quemadmodum eum PLATO facit loquentem apud iudices, iam morte multatum, *ſed tempus eſt*, dicebat, *iam hinc abire me, vt moriar, vos, vt vitam agatis. Vtrum autem ſit melius: dii immortales ſciunt, hominem, quidem ſcire, arbitror, neminem f*).

§. XVIIII.

Fac tandem, dari in animabus, corpore ſolutis, vere maiorem vſum intelligendi et operandi: (quod ſumtum atque petitum erat, (§. XVII.) quid refert, ſi non ad res humanas iuuandas atque impediendas vſus transfertur harum facultatum? Extremum eſt SEMLERI Cel. *Vſus harum facultatum ad res humanas iuuandas atque impediendas ab animabus maxime transfertur, ſuo demum corpore ſolutis* (§. VIII.). Sit autem extremum; effectum tamen non eſt. *Primo* enim ex falſis atque dubiis, vt didicimus, verum et certum effici non poteſt. *Deinde*, quis a genere ad ſpeciem quandam determinatam admittet concluſionem? Facta eſt autem talis a Theologo Halenſi. Ex eo enim, quod anima, ſoluta, gaudeat vſu ſciendi atque operandi maiori, argumentatur Cel. SEMLERVS, eam in ſpecie quoque tanto pollere, quantus eſt ille, qui locum habuit in obſeſſis euangeliorum. Ex eo, quod vſus facultatum

Poſtremum principium, cui innititur res SEMLERI, labefactatur.

e) Illuſtr. DARIESIVS in §. XCIV. XCVI. *eiusd. cor.* I. *coll.* §. LX. et LIII. *pſychol. ration.*

f) CIC. Lib. I. *Tuſcul. Quaeſt.* Confer. Summe Vener. CRVSIVS, qui id ad *genera gentilis ſuperſtitionis praecipua* retulit, ſi quis *animis poſt liberationem a corpore excellentem et diuinam potentiam agendi* attribueret. Pag. 24. §. XXI. Cap. II Diſſ. I. de *Superſtitione, quae eſt de diſſimilitudine inter relig. et ſuperſt. diſſ.* 3.

tatum harum in genere ad res iuuandas atque impediendas transfertur humanas, concludit, illum ad res in ſpecie obſeſſorum turbandas atque impediendas transferri *g*). Praecipitare iſtuc quidem eſt, non gradatim peruenire. Iacet igitur tota concluſio Cel. SEMLERI: fieri id illud per ſe potuiſſe, quod ipſe factum, in obſeſſis, excogitauit (§. VII.).

§. XX.

Obiectio

Sed ſcio, quid regeri poſſit ab interprete nouo obſeſſorum. Forte in verbis hisce beati BVDDEI quandam et id non improbabilem quidem quaerit excuſationem. *Equidem in ſcriptis humanis iſtud criterium non vsque quaque certum eſt, quod ab ipſa rerum veritate ſumi ſolet. Falluntur enim, qui ita rationes ſubducunt: in hoc ſenſu verum eſt, quod auctor dicit, ergo hoc etiam ſibi voluit; vel ita: in hoc ſenſu falſum eſt, quod auctor dicit, ergo hoc non voluit. Namque auctores, quum homines ſint, falli poſſunt; erratque, qui*

g) Itaque iudicet, quicquid SEMLERVS Cel. de CALOVIO velit; ſolidiſſima quidem nobis videntur, quando, *ab anima ſeparata*, inquit, *quae per modum formae aſſiſtentis adſit corporibus, admiranda illa non oriuntur, quae in energumenis et correptiis deprehenduntur: quia animae eſt, informare corpus organicum, non adſistere ſolum eidem, neque anima ſemel a corpore ſeparata alteri adſit; neque ab anima tanti atque tot effectus, quaecumque tandem anima ſit, proficiſci poſſunt. Quod enim, quae effecta ſunt in energumenis,* BECANVS, *ea fieri poſſe, putat,* (§. VII. pag. 50. Diſſ. prior.) *ab animabus ſeparatis, oritur ex hypotheſi, falſa, quod animae defunctorum appareant, aut in aliena corpora tranſmigrent, et ſaepe tantae virtutis effecta ſunt, teſtibus energumenis, quae animae humanae vires multum excedant, nec ab ea proficiſci poſſunt, vtpote cum variis et ignotis linguis loquuntur, futura et occulta indicant, et opera ſtupendae potentiae edunt, quae etiam in magicis operationibus, cum tempeſtates cient etc. deprehenditur: quibus conſenſus gentilium; Mahumetiſtarum, Iudeorum accedit; vt proinde caecitas ac ſtupor ſit, inficiari exiſtentiam daemonum. In Syſt. Loc. Theol.* Tom. IV. Art. I. Cap. I. pag. 16. et Cap. III. pag. 299. 300.

qui putat, eos semper vera scribere aut loqui b). Cui robur obiectioni quoddam accedere videtur: si quis perpendat, ipsum SEMLERVM Cel. *falsam eorum opinionem* dixisse, *quae post mortem ex animabus malis daemonas aliorum corpora ingressuros tenebat*).*

§. XXI.

Tueri haec viri immortalis cogitata caussam quodam modo SEMLERI Cel. possent, si *primo* illam suam notionem: *animam mortui esse et dici daemonem, qui obsessos turbauit,* cel. auctor non simpliciter hermeneutice veram, itaque etiam diuinam habuisset *i).* *Aliter vero,* inquit RAMBACHIVS, *res se habet cum scriptoribus sacris, qui in actu* θεοπνευστιας *extra omne errandi periculum constituti fuerunt, vnde veritas rerum certissimum genuini sensus criterium praebet k).* Defendere ista BVDDEI cogitata possent Theologum Halensem, si illos non *summos*, non *principes*, non *optimos*, non *grauissimos*, non *egregios* atque *sapientes* viros, non *prouidos sacrarum literarum interpretes* atque *prudentes*, et nescio, quid porro? nominasset, qui id, quod mortui cuiusdam anima obsessos tantum vexauerit, crediderunt atque tradiderunt *l).* Itaque *etiam* hanc ob caussam omnis euanescit verisimilitudo, id, quod in se illa notio comprehendit, vel nostro interpreti ipsi erroneum atque falsum videri. Compilator enim ille atque iudicio omni carens dici potius, quam prudens atque sapiens, meretur, in

diluitur quatenus.

b) in *Philosoph. instrument.* Part. II. Cap. III. §. XIX. pag. 209. Confer. RAMBACHII *Institut. hermeneut. sacr.* Lib. IV. Cap. II. §. VII. pag. 763.

*) §. XII. pag 42. *Dissert.*

i) §. XIV. SEML. Diss. pag. 50. et *prooemium* nostr. 1. dissert. praemiss. pag. 14. et 15.

k) Loc. modo et pag. citat.

l) §. VI. prior. nostr. dissert. lit. *z*).

in cuius verbis manifesto absurda atque falsa proponuntur *m*). *Porro* idcirco dubito, Cel. Virum istis BVDDEI verbis absolui posse, quia illi, ex mente Viri Cel. ad *imperitum vulgus* atque ad *penitus ignorantes* pertinebant, *obscuri* atque *superstitiosi* homines erant, tales, qui *vanam* et *insanam opinationem* fouebant, et *fabulas ineptas conscribillabant*, *Gnosticorum* et *Manichaeorum familiis adnumerandi*, *ludibrio exponendi n*); qui illum, quem nos defendimus ipsi, sensum, tamquam verum admittunt, id est, in obsessis tales cogitant spiritus malignos, qui numquam hominis anima fuerunt. Itaque credere omnino debebat Vir atque Theologus Cel. Halensis, ea fieri posse, quae pro falsis declarauimus, id est, animas demortuorum singula illa et omnia efficere atque producere posse, quae in obsessis euangelicis obseruantur. *Deinde* impedit et hoc, quo minus ad Virum Cel. ista verba BVDDEI referri possint: Ita id tractat, quod falsum videtur, quasi crediderint olim omnes, illud in rerum natura fieri posse: talem se gerit Theologus Halensis, quasi notio illa communis fuisset, animas demortuorum obsessos turbasse: verbo, Interpres Cel. sic egit, quasi in omnium mentibus animae insedissent mortuorum, si sermo de obsessis *o*). Quis credat vero SEMLERVM Cel. omnibus tunc temporibus hominibus absurda atque errores attribuisse. Sed fieri hoc omnino debet, si, illum, quis crederet, BVDDEI verbis, et lege, de qua diximus, excusari posse. *Tandem* quod omnes

m) Trita est enim et omnibus interpretibus lex cognita illa: *Quodsi significatus, repertus, propositionem reddat falsam, vel prorsus manifesto absurdam, nec auctor fuerit compilator, iudicio carens; concludendum erit, ipsum ab vsu loquendi recedere, adeoque vbi significatus, tantisper variatus, producit sensum propositionis, vel verum, vel saltem non manifesto absurdum, is voci non definitae, tribuendus,* CHRIST. WOLFIVS in *Philosoph. ration.* Part. II. sect. III. Cap. VI. §. 907. pag. 644.

n) §. IV. *nostr. Prior. Dissert.* lit. *z*).

o) Lib. I. *Dissert.* SEMLER.

omnes rerum diuiniorum interpretes et veteres olim, et recentiores fecerunt in rebus, ad cultum atque religionem pertinentibus; id fieri quoque a Viro Cel. debuiſſet: ſi id, quod de humano ſenſu in genere valet (§. XX.), etiam de Viri Cel. ſenſu atque interpretatione dicendum. *In cauſſis* enim *dubiis* atque adhuc obnoxiis diſceptationi, *diſſerere potius* veteres, *quam iudicare, volebant: Iudicium ſuum nullum interponere, nullam adhibere ſuam auctoritatem, liberum iudicium et integrum lectorum relinquere atque audientium*, verbo, *ſuas ſententias ſapienter et prudenter defendere*: hoc *proprium veteris academiae* erat: haec tradita a SOCRATE *conſuetudo tenebatur: hac inter ſe veteres quam ſaepiſſime vtebantur p*)! Et tales regulas noſtri quoque praeſcribunt. En enim, quid vel CHRIST. WOLFIVS hac in cauſſa, fieri, iubebat! *Quodſi notio, quam verbis auctoris iungimus, ſenſum producat erroneum, nec tamen probari poſſit, ex intentione auctoris eam cum iisdem notionem eſſe iungendam; praeſtat, confiteri, nos mentem eius non adſequi, quam errorem eidem tribuere, praeſertim vbi iudicii et acuminis dederit ſpecimina alia q*). At tantum abeſt, vt SEMLERVS Cel. morem geſſerit his regulis ſapientiſſimorum Virorum, vt dici prorſus nequeat, quam grauiter et vehementer in illos fuerit inuectus, quibus probabile forte contrarium videbatur *r*). Itaque videtur omnino nobis illud quoque de SEMLERI interpretatione valere, quod WOLFIVS de hisce atque talibus omnibus dicebat explicationibus ſermonum ſacrorum, per quas quid prodit, quod fieri nequit. Nam, *quodſi*, inquit, *per interpretationem ſacrae ſcripturae prodeat propoſitio contradictoria eius, quae vel a poſteriori certa eſt, vel demonſtrata: in notione ſiue ſubiecti, ſiue prae-*

p) CIC. Lib. III. de *Natur. Deor.* confer. Lib. II. de *Diuinat.*

q) §. 921. loc. cit.

r) §. VI. *noſtr. prior. Diſſert.* col. pag. 12. *prooem.* praemiſſ.

s) Cap. VII. §. 976. pag. 699. *ſect.* et *part. Phil. rat. cit.*

praedicati, determinanda, aberratum esse, constat s). Optandum erat saltem, vt, quae sunt tradita a Viro Cel. de obsessis, ea inter se congruere magis viderentur *t).*

§. XXII.

Nec, quod SEMLERVS Cel. verum dixit, illud potest verbis per se quidem exprimi.

Ordo me nunc ad *alterum* ducit, quod, si quid dicatur *hermeneutice verum*, probari atque demonstrari debet: *verba nimirum per se illud indicare potuisse, cui veritas hermeneutica attribuatur* (§. V.). Sed quum tota caussa SEMLERI Cel. suspecta atque deserta a piis rectequc sentientibus Theologis nostris, nec vlla pars eius sit, quae satis stabiliri atque corroborari queat: tamen nullus in ea locus magis in dubium venit atque in disceptationem, quam de virtute et potestate, quam huic vocabulo δαιμων SEMLERVS Cel. subiecit. Non iam commemoro Theologos probatissimos, qui fortiter huic restiterunt potestati: non iam in medium philosophos acutissimos producam, qui contra nitebantur: nihil de Criticis dicam, inuidentibus huic potestati: ipsos testes compello, a Viro Cel. constitutos, hac in caussa. Quotquot sunt enim, quos producit illorum, vocabulum δαιμων per se animam cuiusdam mortui inuoluere posse: omnes illi vel fide

s) Hoc a me potui nondum impetrare, vt credidissem, ideo valde Theologum Halensem *harmoniae praestabilitae* inhaerere potuisse, vt contra sententiam omnium potius niti voluerit Theologorum, quam quid derogare de illa opinione, quam a LEIBNIZIO et WOLFIO accepit. Poterat eo, vt crederet, quidam perduci. Quid enim est, quod placitis horum philosophorum addictus moliri atque agere non possit? (§. XI.). Adde, *harmoniam praestabilitam*, et eam Theologorum sententiam, quam in caussa obsessorum tuentur, omnino non consistere commode posse. Itaque crediderunt nonnulli, SEMLERVM Cel. id egisse. Vid. *Gründliche Auszüge aus denen neuesten theol. philosoph. und philolog. Disputationibus &c.* drittes Stück 1761 IIII. Auszug pag. 189. Quae licet lubentissime omnia concedam, id in me tamen efficere illud omne non potuit, vt mihi persuasissem, caussam, cur Vir Cel. tantopere deflexerit a sententia veriori, inprimis in *harmonia praestabilita* latuisse. Indicasset sine dubio hoc nobis, si id, quod credunt nonnulli, re vera factum fuisset. Alia enim, quae nemo a Theologo exspectabat, ape-

fide destituti erant, vel id, ad quod probandum citati erant, plane non dicebant, vel prorsus etiam contrarium eius interdum adfirmabant, quod testari debebant. Quae quamquam ita sunt in promtu, vt inter Theologos puriores non egeat res amplius disputatione; tamen sunt a nobis alio loco disputata, atque, vt genus hoc diligenter satis et accurate perageretur; totam, quae exstitit, dissertationem conscripsimus *u*).

aperuit nobis. Quod *primum* erat. *Sequitur*, nec consuli quidem Cel. Viro *harmonia praestabilita*. Si vel, quod docuit, demortuorum animae turbassent euangelicos obsessos: attamen res vna produxisset in altera effectus: id quod autem negatur ab *harmonistis*. Hac *tandem*, nihilominus haec omnia *harmoniam praestabilitam* effecisse: quem, quaeso, tunc opinio moueret, a philosophis pariter, atque Theologis probatissimis proscripta? Vid. Summe Vener. WALCHII *Lexicon Philos. Art. Harmonie zwischen Leib und Seele*, pag. 1394 - 1398. Ill. DARIESIVS in Sect. II. Cap. II. Tit. I. *Psychol. atque Pneumat. ration.* Vel quis principium tale nunc probaret, quod ipso in SPINOZA damnabatur? Accidit id autem *harmoniae praestabilitae*. Praeter RVARDVM ANDALA, quem Summe Vener. WALCHIVS noster *loc. cit.* produxit, *harmoniam praestabilitam* SPINOZAE tribuentem, legi *Philosophorum dialogi* (*philosoph. Gespräche*) etiam possunt, quae aliquot abhinc annis *Berolini* prodierunt.

u) Itaque mitto meos ad illam lectores. Monuit quidem, vti supra dixi §. IIII. SEMLERVS Cel. in litteris, quas ad me misit, nonnulla contra priorem dissertationem. Sed diu dubitaui, superetne leuitas breuitatem, an breuitas illorum leuitatem. Quapropter et breuissimis ego, satis tamen, vt opinor, respondebo. *Primo* displicuit *titulus* opusculi mei, in lucem editi: *quia ipse concessissem, animas a poetis Christi tempore* δαιμονας *salutatas fuisse*. Respondeo, consistere haec omnino posse. Concessi, animas a Poetis, quorum testimonium tamen, vti probaui, prorsus, nihil in hac caussa valet, Christi tempore δαιμονας salutatas fuisse. Ergo concessi, id *improprie* tantum atque, quod notet sibi, velim, *interdum* factum esse. Sed sicuti fit omnis denominatio rerum, sic *proprie* etiam atque a *potiori* inscriptio formatur. *Deinde* nihil efficere SEMLERO Cel. et haec videtur ratio argumentandi: BVDDEVS *atque* PRIDEAVXIVS IVSTINVM *atque* CLEMENTEM ALEXANDRINVM, *in multis, quas pertractarunt, caussis vituperarunt: Ergo, quod* CLEMENS ALEXANDRINVS *atque* IVSTINVS MARTYR de *daemonibus iudicarunt*, *illud*

§. XXIII.

Quid, si sumantur in Φρασει, *non placet?*

At dabo, vocabulum δαιμων atque δαιμονιος, illud, quod suo SEMLERVS Cel. iure sumsit, id est, hominis demortui animam indicare posse: illudne etiam poterit, si cum aliis verbis vocibusque combinatur? Valebitne quoque, si hae loquendi formulae in nostris euangeliis pluresue tales oriuntur: ην ανθρωπος, εχων πνευμα δαιμονιϖ ακαθαρτϖ: εξεβαλε

illud incurrit quoque in reprehensionem. Respondeo. Id, ad quod probandum ego sum vsus ista concludendi ratione, illud ista et plus effecit. Testium fidem, a Viro Cel. adductorum, labefactare tantum ista volebam argumentatione. Et ad hoc praestandum, omnino valebant, quae proferebantur. Quemadmodum enim in aliis rebus labi multasque nondum probatas res poterant IVSTINVS atque CLEMENS proferre: sic fieri etiam de daemonibus poterat, vt pie non satis nec recte semper sentirent. *Porro* desiderat SEMLERVS Cel. quod totis tamen paginis multisque rationibus praestiti atque persequutus sum in dissertatione. Vt quaedam modo producam rei huius exempla luculenta: *Primo* postulat, vt fides AVGVSTINI *labefactaretur:* contra quem disputaui pag. 46. et 47. dissert. I. Vult etiam, vt MAIMONIDES *ex testibus deleatur adductis.* Hic vero adeo nobis omnibusque recte sentientibus suspectus erat, vt vel ab ipso SPINOZA damnaretur. Vid. pag. 44 - 46. nostrae I. dissert. Itaque SPINOZA haud inepte adducebatur. *Neque quid Vir. Cel. vidit, ex quo probaretur proprius*, de quo sermonem feci, *huius vocabuli significatus.* Sed noluit forte §. XVII. XX XXI. XXII. XXIII. pag. 70-90. nostrae I. Dissert. videre. Probauimus enim ibi propriam huius vocabuli significationem. Et sic desiderauit plura, quorum probationem tantum abest, vt ille, qui perlegit meam dissertationem, sit desideraturus, vt postulet forte, vt respondeatur. *Denique* illud ideo reprehendit omne, quod adlegaui ex scriptoribus probatissimis hac in caussa: quia *collectanea essent.* Sed ipsum doleo Cel. Virum, si nihil, quod *collegit*, in posterum valeret. Quid remaneret in nostra caussa, quum ipse Vir Cel. pag. n. 4. *Dissertat.* dicat: *colligam in varios quasi locos ea, quae de daemonibus et daemoniacis inter Graecos scriptores aut reperit* WETSTENIVS *aut ille anglus anonymus:* quum, si conferatur pag. 9. *Diss.* legatur: *Sufficiat haec collegisse ex ingenti multitudine:* quum pag. 13. *Dissert.* iterum expressis verbis dicatur: *Isti loci tam ab anglo auctore libelli de daemoniacis, quem supra nominaui, quam a* WETSTENIO

λε πολλα δαιμονια; ϗκ ἠφιε λαλειν τα δαιμονια, οτι ηδεισαν αυτον τον χριστον ειναι: εφερον προς χριστον παντας τϗς κακως εχοντας ϗαι τϗς δαιμονιζομενϗς: δαιμονια επ]α εξεληλυθει? Quae *duo* quamquam inter ſe colligata atque implicita videntur: quae, quamquam SEMLERVS Cel. ipſe ſic inter ſe ſaepiſſime copulauit, vt alterum

NIO tom. I. *N. Teſtam.* et CALMETO in *commentaire litter. excitati ſunt* et Vir Cel. pag. *etiam* 16. *n.* 4. aperte et ingenue fateatur: *Rabbinorum* et *Talmudicorum aliquot ſententias ex* WETSTENIO *et aliis hic adſcribam* - - et pag. 21. *Iſta loca* WETSTENIVS *ex Scholaſticis collegit:* in fine tandem et pag. 50. *diſſ.* haec verba legantur: *Ex* IOSEPHO, *ex Iudaeis ex Graecis etiam ex* IVSTINO, MARTTRE *collegi ſat multa.* Vel quid reſtaret in reliquis SEMLERI Cel. ſcriptis, ſi id, quod ipſi alii dederunt, auferretur? Vel quaenam habebit alia adminicula SEMLERVS Cel., ad vocum ſignificationes detegendas, ſi illa, quae ab omnibus interpretibus commendantur et ſcripta, ex quibus nos collegimus, in omnibus omnia nihil valerent? Probauimus valere §. XVIII. XX. XXI. XXII. et §. XXIII. prior. Diſſert. Itaque boni reſpondentis munus atque officium erat, deſtruere argumenta noſtra. Accedit, nec praeter conſuetudinem fore, ſi ſic, quemadmodum SEMLERVS Cel. inuenit, noſtri quoque Theologi inuenire vellent. Sic autem Vir Cel. inuenit, vt illis, quae STKESIVS atque WETSTENIVS collegerunt, addiderit, quos ipſe in nonnullis deprehendit ſcriptoribus, locos, δαιμονας animas demortuorum ſignificare. At, quot et quanta documenta dantur, δαιμονας medium quoddam Deum inter et mortuorum animas proprie ſignificaſſe, quae addere illis, quae noſter Venerabilis WALCHIVS, aliique, quos adduxi, teſtes collegerunt grauiſſimi, quidam, ſi poſtularentur forte, potuiſſet! Quot loca et quam luculenta SMALZIVS (ſit autem venia ſimili noſtro!) illis ſuperaddere potuiſſet, quae iam FAVSTVS SOCINVS ille collegerat ex ſcriptis philoſophorum et Arianorum, Chriſtum fruſtra et ſine mente Deum vocari? Et quot teſtimonia quicumque inuenire demum ipſe poterit acerrimus Dei cauſſae inimicus et hoſtis, quae addi illis, quae ex aliis iamiam collegit, forte poſſent. Confer. §. X. XI. et XII. *diſſert. I. noſtr.* Itaque animo colligere non poſſum, quid Vir Cel. habuerit, cur nouum ſuum modum inueniendi commemoret inflatius nobis, vel, cur his quoque in poſterum inhaerere velit, quae dirimi tam facile poſſunt. Ergo non ſolum cauſſae, quae pertractatur, ſumma grauitate, et Viro Cel. ipſo digniora deſidero ad ea, quae monita ſunt a nobis, labefactanda.

terum quoque, labefactato vno, collabatur x): tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur, interpreti bono nequaquam negligenda. Quemadmodum autem ab iis recedere et quidem vehementer SEMLERVS Cel. videbatur, quae suam originem ex prima parte trahebant (§.XXII.): sic neque praestitit, quod erat illius officium, si Φρασις, seu modus loquendi scripturae sanctiori peculiaris atque proprius spectetur.

§. XXIIII.

Tria displiceant autem generatim.

Quod vltimum autem vt ordine quodam atque a nobis distincte doceatur; primum, quid displiceat hic nobis, *generatim* indicabo? deinde vnumquodque etiam *singulatim* tractabo. Sed tria sunt praecipue, quae nemo in Viro Cel. probabit. Nam neque *remedia per se* sunt apta, quae Vir Cel. adhibuit sensui, eruendo: neque quis vmquam *ordinem* laudabit, quem obseruauit in istis adplicandis: neque tandem istis *caute satis*, atque, vt postulatur, *prudenter* est vsus.

§. XXV.

Primum fundamentum est, quo vtitur SEML. Cel.

Primum ergo, quod nemo inter interpretes rerum diuinarum sagaciores, Viro Cel. concedet, fundamentum, quo rem et suam caussam excitauit, ipsum erit (§.XXIIII.). Quicquid adfertur enim, illud, si in vnum colligas omnia, quae re atque caussa sua anxius quaesiuit, huc redit denique atque inclusum est in tali argumentandi ratione: *Vocabulum* δαιμων atque δαιμονιος *per se inter Iudaeos et Graecos tempore Christi animam cuiusdam mortui significauit. Ergo quoque illud potuit significare, quando, ille habet demonem, olim Euangelistae dixerunt* y).

§. XXVI.

x) Vid. §. IIII. et XIIII. *Dissert.* SEML. et Confer. pag. 14. *praefat. nostr. prior. Dissertat.*

y) Ne vero quis sit, qui credat, hoc iure tantum nostro scriptum esse; repetam verba ipsa Cel. Viri, vt ostendatur, illum, vt diximus, vere concluisse. *Si fuit*, inquit pag. 24. *differi, vulgata ita loquendi consuetudo;*

§. XXVI.

Quam leuis sit vero et misera conclusio, quam lubricum atque instabile totum fundamentum: hoc crederem, adeo patere, vt ne gustauerit quidem primis, vt dicitur, labris philosophiam et artem interpretandi, cui vere placeret, si sic concluderetur: *Vocabulum* δαιμων *per se animam cuiusdam mortui denotare potest. Ergo potuit illud quoque, quando Iudaei et Graeci ipsi dixerunt: daemonem ille habet.* Haec enim si valeret ratio argumentandi; *primo* frustra philosophi: *quicquid per se fieri potest*, dixissent, *illud non semper, si ad alterum refertur, fieri potest: deinde* etiam frustra foret, quicquid grammatici praecipiunt de *constructione* atque *syntaxi* verborum: *porro* non ερμενεια λεξιν simul et ταξιν atque Φρασιν complecteretur z): et quid tandem quoque de logicis eorumque *verborum suppositione* statuendum: si, quid in hocce argumento latet, illud concedi statim a nobis deberet? Haec enim habemus omnia, vt ostendatur, eum omni-

Quod lubricum manet, si vel Iudaei ipsi et Graeci Φρασει *vtuntur.*

suetudo, vt, si dixerunt: ille daemonem habet, intellexerint: ab anima demortui vexatur: *sequitur, vt Euangelistae, qui hominum aliorum eius temporis, praecipueque Iudaeorum ad Iesum inclinandorum causſa scribunt, hanc loquendi consuetudinem seruauerint.* Et pag. 50. Diss. dicit: *Ex* IOSEPHO, *ex Iudaeis, ex Graecis etiam ex* IVSTINO MARTYRE *vsque ad* CHRYSOSTOMI *aetatem, collegi sat multa documenta, rem ita se habere, et notionem* δαιμονιϑ, δαιμονος, *tempore Christi inter Iudaeos et Graecos hoc inuoluisse, vt anima mortui daemon esse crederetur, eosque homines, qui dicunt: habet ille daemonem, opinatos fuisse, animam mortui cuiusdam impedire et turbare animam viuentis rationalem. Si igitur Christiani iam solent malos spiritus, qui nunquam fuerint anima hominis, cogitare; talis notio tum temporis non fuit; ergo id, quod plerique Christiani statuerunt, non est ex euangeliis deriuatum seu hermeneutice verum.* Confer. *proem. nostr. I. Diss.* pag. 14. et §. I.

z) AVGVST. PFEIFFERI *Hermeneut. Sacra.* Cap. 9. pag. 96. Conf. IO. IAC. RAMBACHII *Institut. Hermeneut. Sacr.* Lib. III, Cap. I. §. VI. (**) pag. 390. seq.

omnino nihil efficere, qui, quid δαιμων per se significauerit olim, adhibet, vt, quid significauerit, si Graeci atque Iudaei dixerunt: *ille daemonem habet*, doceatur. Ex hisce patet omnibus, ne quemdam quidem sic concludere tuto satis et recte posse: *Iudaei et Graeci, si extra Φρασιν vsurpabant vocabulum illud, per δαιμων tantum animam denotabant demortui hominis. Ergo id quoque, si illud in sua Φρασει sumebant, denotare volebant.*

§. XXVII.

Quid, si Euangeliſtae illa vtuntur, contra principia SEMLERIANA monendum.

Sed vide, quam cum SEMLERO Cel. liberaliter agam! Concedo, *Iudaeos et Graecos propterea* cogitare *potuisse, animam cuiusdam mortui impedire et turbare animam viuentis rationalem, si dixerunt: ille daemonem habet; quia δαιμων atque δαιμονιος per se animam cuiusdam mortui inuoluit* (§. XXVI.). Idne cogitare et Euangeliſtae et viri diuinitus adflati potuerunt? Quod licet a legibus primis abhorreat, quas ars interpretandi Viro Cel. praescribit *a*): tantum est tamen studium illud, vtcumque res cessura est, defendendi atque propugnandi, vt etiam id potuerint Euangeliſtae, si vel, quod Graeci Iudaeique cogitarunt, erroneum atque falsum fuisset.

§. XXVIII.

a) Varias, qui sic concludit, leges violabit, interpretibus solemnes longoque rerum vsu comprobatas:

In primis cauendum, si Φρασις occurrit, ne vocibus, quas scriptores sacri peculiari sensu vsurparunt, eas supponamus ideas, quas profanorum auctorum vsus suppeditat. Confer. THEODOR. CHRIST. LILIENTHAL part. IIII. Cap. 8. §. 32. pag. 704. *Der guten Sache der in der heil. Schrift alten und neuen Testaments enthaltenen g"ttl. Offenbahrung.* Ita toto coelo aberraret, qui vocabulum *Iustitiae* in epistolis Paulinis eo sensu acciperet, quo in scriptis ARISTOTELIS occurrit. *Carnis* vocabulum et adpellatio *veteris hominis*, qua Paulus prauam concupiscentiam et labem originis significare solet, hoc sensu apud profanos auctores nusquam legitur. Phrasis sacra, *legem cordi inscribere*, ex AESCHYLI, PINDARI, TERENTII, CICERONIS, SENECAE monumentis exponi non potest, vt praeposterе

§. XXVIII.

Nosse quis forte fundamenta cupit incredibilis huius et contra opinionem omnium formatarum conclusionum. Accipiat ergo. Primum: si Iudaei atque Graeci, *ille habet* *SEMLERVS Cel. Euangelistas in nudos et mere historicos scriptores mutauit.*

postere facit IOANN CLERICVS, *art. crit.* part. II. Sect. I. Cap. IIII. pag. 162. Et quem ad modum in specie PAVLVS habet peculiares suas loquutiones atque formulas loquendi, vt, *sub lege esse*, *sub peccato esse*, *peccato mortuum esse*, *in carne confidere* cet. quae eo sensu, quo a Paulo adhibentur, apud alios graecos auctores nuspiam occurrunt; sic etiam in genere formulas et voces peculiares scriptorum Noui Testamenti collegit IO. VORSTIVS in *philologia sacra class.* I. XIIII. XXVII. XXVIII. XXX. et TOB. EKHARDVS in *technica sacra*. *Deinde obseruandum* 2. *parallelismum profanorum auctorum non semper esse tutum adminiculum, veram significationem definiendi.* Quo pertinet, quando IO. CLERICVS, malae caussae patrocinaturus, in *art. crit.* part. II. sect. I. Cap. VII. pag. 210. conquisitis multorum profanorum auctorum locis, probare adnititur, φυσιν denotare *indolem gentis*, vt, quando Paulus Ephes. II, 3. dicit: ημεν τεκνα φυσει οργης, nihil amplius dicere voluerit, quam *iudaicae gentis indolem fuisse nequissimam et ira diuina dignam. Sed contextus potius hic attendendus est, ac rei indoles, quam corrogata profanorum suffragia*, inquit IO. IAC. RAMBACHIVS, cui haec omnia debemus, in *Institut. hermeneut. sacr.* Lib. II. Cap. VII. *de consideratione vocum et phrasium* pag. 284. 285. *Porro* et 3. beatus iam iam LVTHERVS noster *Tr. de Schem hamphoras*ch Tom. 8. Ien. fol. 147. dicebat: *Wann ein Christ bey dem Iuden will Verstand in der Schrift suchen, was thut er anders, als daß er bey den Blinden das Gesicht, bey den Rasenden Klugheit, bey dem Todte das Leben, bey dem Teufel Gnade und Wahrheit suchet; recht geschicht ihm, so er auch wahnsinnig, blind und rasend wird, wie seine Meister sind von GOtt verdammt.* Ne vero Vir Cel. grauitatem forte recuset horum verborum: cogitet, velim, quid nostra in *priori Dissertatione* et quidem pag. 5. 6. 12. 13. *Prooemii* de scopo verborumque acerbitate, quibus ipse vsus est SEMLERVS Cel. commentati sumus. Adde 4) quodque A. GELLIVS de omnibus lib. 13. Cap. 29 dixit iudicauitque linguis: *Animaduertere est, pleraque verborum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse, vel in aliam longe, vel in proximam, eamque decessionem factam esse consuetudine vel aliis etiam caussis.* Quae quoque declarant, illum non

bet daemonem, dicentes, cogitare potuerunt, *anima cuiusdam mortui impeat et turbat animam viuentis rationalem*: sequitur, sic etiam cogitare Euangelistas potuisse: hoc, inquam, fuit propterea opinio Theologi Halensis: *quia* το *daemonem ille habet*: *daemonium est in illo*, *historica quaedam phrasis erat*, *quae opinionem*, *per manus traditam*, *prodit b)*.

§. XXVIIII.

tuto satis et bene argumentari; qui, Graeci atque Iudaei, concludit, hoc atque illud cogitarunt de obsessis: Ergo et illud Euangelistae potuerunt. Sequitur 5. quod A V G. P F E I F F E R V S praecepit: *Respiciendum est quidem ad vocabuli vsum, seu quibus obiectis alias ac ab auctoribus tam sacris, quam profanis* ως επι το πολυ *applicari soleat: attamen opus iudicio, neque (sicubi vox de variis rebus vsurpatur) quaeuis vocabuli materialis adplicatio, ceu hic quoque et nunc intenta statim est arripienda, quamquam ad illustrationem conducat.* Cap. VI. §. XX. pag. 127. seq. *Hermeneut. Sacr.* *Tandem* et 6. S E M L E R V S Cel. nec hoc praeceptum tenuit, a Summe Venerabili C R V S I O stabilitum atque commonstratum: *In iudicandis locis biblicis, quae de daemonibus agant, non alienam verborum significationem ex grammatica vocum etymologia elicere fas est.* Vid. I P S I V S *Dissert. I. de Superstitione et quae est de dissimil. inter religion et superst. 3. diss.* Cap. II. §. XVI. pag. 19. Non iam commemoro, nostram, id est, Theologorum notionem, quam huic vocabulo subiiciunt, magis, quam eam, quae ab Interprete Halensi defenditur, cum etymo, atque consuetis deriuationibus conuenire. Magis enim ille, natura sua perfectior Spiritus finitus animabus hominum rationalibus, *discere*, magis *diuidere inter Deum et homines*, magis *scire* et *cognoscere*, magis denique *terrere* potest, (ab his autem deducunt Critici plerumque daemones suos) quam anima, si vel sit suo corpore soluta? Confer. A V G. P F E I F F E R V S *loc. cit.* Cap. VI. §. V. pag. 103. et nostr. *I. dissert. §.* XV. In quanam re autem diutius commoratus est S E M L E R V S Cel, si ab auctoribus profanis discedas, *grammaticam* magis atque *significationem etymologicam*, quam *veram* atque *diuinam* vsu suo comprobantibus? Conf. I. I A C. R A M B A C H I I *Institut. herm. sacr.* Lib. II. Cap. VIII. §. XVII. p. 357. 388.

b) §. VIIII. pag. 24. *Diss.* S E M L.

§. XXVIIII.

Valeret quid haec ratio argumentandi, ſi tales olim Euangeliſtae fuiſſent, qui vltra hiſtoriam, quam ſcripſerunt, nihil amplius feciſſent *c*). Sed quum ad ſacram id ſcripturam referendum ſit, quicquid ex rebus, a Chriſto atque Apoſtolis geſtis, Euangeliſtae hiſtoriae mandarunt; quippe quae res complectitur, non ſolum ab vſu vulgari atque communi remotiſſimas, ſed omnem vim etiam humanam intelligendi et concipiendi ſuperantes *d*)? quum porro in toto ſacro codice nulla hiſtoria deprehendatur, in qua praeter res, quae geſtae ſint, omnino nihil amplius recenſeatur; ſed aliae fundamenta quaedam fidei contineant, aliae exempla moralia et documenta diuinae prouidentiae illuſtriſſima ſiſtant hominibus *e*): SEMLERVS Cel. in hac cauſſa turbans etiam alia multa *f*), neque, quod voluit, probauit ſuis ar-

Cui multa obſtant.

c) Nec enim fugit nos, quid hac in cauſſa praecipiant artis interpretandi doctores, quidue recuſent. Tam ſolide, quam fieri debebat, olim CHRISTIANVS WOLFIVS, *ſi quis*, ſtatuebat, *hiſtoricum librum intelligere debet, easdem cum verbis ſingulis notiones coniungere tenetur, quas iisdem auctor iungit.* Bene praecipiebat, *quod ſi*, dicens, *autor vtatur voce, qua vtimur in communi ſermone non definita, in ſignificatum inquirendum eſt, quem ipſi tribuit vſus loquendi:* in *philoſoph. rat. ſiue Logic.* Part. II. Sect. III. Cap. VI. §. 503. 906. p. 941. 643. *de legendis libris hiſtoricis cet.*

d) REVSCHII *Introduct. in Theol. reuel.* Cap. II. §. LXXI. Confer. IO. GEORG. ZVR LINDEN, in *ration. medit. hermeneut. ſacr.* Cap. III. §. 684. pag. 280.

e) I. GEORG. ZVR LINDEN *loc. cit*, et Cap. §. 1074. pag. 482. §. 1013. pag. 460.

f) Vt quaedam tantum commemorem, quae praeter relata non ſatis conſiderauit SEMLERVS Cel. in hac cauſſa: *primum* Theologus noſter ex illis ſcripturae ſacrae interpretibus eſſe videtur, qui methodum ſequuntur *Grotianam*: qua quicquid diuinitus adflati recenſuerunt, illud putatur de fatis populi Iudaei et gentium ſui ac proximi temporis intelligi maxime debere; de Chriſto autem eiusque fatis et regno nihil, niſi ex

gumentis (§. XXVII.), neque, quia vera ſunt, quae contra illum diximus, ſatis vmquam poterit probare.

§. XXX.

ſenſu ſublimiori. Hos vero VITRINGA illiberales vocat exegetas, qui amant acinos vuarum, hoc eſt, id, quod ſterile eſt, et ad animum hominis, ſuae ſalutis cupidi, paſcendum, ineptum, in ſcriptura ſacra ſectantur. I. IAC. RAMBACHIVS in *Inſtit. herm. ſacr.* Lib. II. Cap IIII. pag. 151. *Deinde* Theologus Halenſis illis videtur etiam quodam modo rerum diuinarum explanatoribus commode adnumerari poſſe, qui nullam fere ſingularem emphaſin ſapientiſſimis Dei verbis ineſſe putant. Pertinere huc inter alios videtur IOANN. CLERICVS, *art. crit.* part. II. Sect. I. Cap. IIII. Sic in verbis IER. XXXI, 33. *inſcribam legem meam animis ipſorum*, nihil reperit emphatici; ſed coaceruatis profanorum auctorum locis, demonſtrare ſat agit, nihil aliud Deum iſtis verbis polliceri, quam, ſe *effecturum, vt Israelitae tenerent legem ſuam memoriter, nec monitore indigerent.* Similiter verba Act. XVI, 14. *Dominus aperuit cor Lydiae*, nihil ipſi aliud ſignificant, quam *diuina prouidentia factum eſſe, vt Lydia attente aurem praeberet Paulo*, quod, adducto PLVTARCHI loco, lectori perſuadere conatur. Quid vero eſt, eneruare diuina eloquia, ſi hoc non eſt? Id autem I. IAC. RAMBACHIVS *loc.* et *Lib. cit.* C. VIII §. 16. 355. 356. quaerit. *Porro* non Vir Cel. de hocce cogitauit artis interpretandi praecepto: *Facta Dei extraordinaria* (ad quae illud omnino pertinet, quod de δαιμονιζομενοις legitur in codice ſacro), *et quae hominibus diuinitus obtigerunt, quomodo experientias rariſſimas, ſic etiam ideas maxime peculiares, et peculiares vocabulorum determinationes pepererunt.* Vid. IO. GEORG. ZVR LINDEN *loc.* et *Cap. cit.* §. 684. Not. pag. 281. *Praeterea* vſus quam multas formulas loquendi effecit, in certo negotio et argumento potiſſimum vſurpatas, et quaſi proprias, quas dicimus *ſolemnes.* ZVR LINDEN *Loc.* et *Cap. cit.* §. 691. pag. 285. Cur igitur ab illis in tali re grauiſſima diſcedamus, qualis eſt noſtra, quae etiam facta et res depingit mirabiles, quas redemtor generis humani olim perfecit? *Tandem* qui artem interpretandi docent, cur illi tam in omnibus hiſtoriis ſacris interpretandis, quam etiam atque inprimis in euangeliis explanandis, regulas tradidiſſent peculiariter atque praecipue obſeruandas, ſi ea, quae nobis in Viro Cel. diſplicet, via et ratio concludendi vbique valeret? Diligentiſſime aique etiam curatiſſime IOAN. GEORG. ZVR LINDEN illas tradidit nobis *Loc. et Cap. cit.* Sect. X. §. 1075 et 1076. pag. 383. et pag. 484. 485. Et ſic, quae cauſſam a Viro Cel. adlatam §. XXVIII. labefactare poſſent, plura vel quaſi innumera dantur.

§. XXX.

At nondum vidimus, quam multa SEMLERVS Cel. susceperit, si impetramus, vt concedat, Iudaeos atque Graecos erraſſe, quum olim cogitauerint, *obſeſſos ab anima quadam demortui impeditos fuiſſe.* Quam ob rem cauſſas accipe, *in eodem errore, quo Graeci atque Iudaei olim fuerunt, verſari viros, quoque diuinitus adflatos, potuiſſe.* Hoc enim quod incredibile eſt et praeter opinionem omnium, hoc, inquam, audet et credit ille, cum quo diſcepto, Theol. Hal. (§. XXVII.). *Primum* vero, propter quod tale SEMLERVS Cel. docuit, quod nemini ex recte ſentientibus vmquam in mentem venit, ſunt *Iudaeorum aliae opiniones falſae, quas Ieſu diſcipuli non ſolum addidicerunt, ſed etiam diu tenuerunt, a quibus eos Ieſus per vim et imperium non auocauit, quia hoc iam minus erat frugiferum, e. c. de Meſſiae perſona vniuerſa et conditione. -- Potuerunt igitur et ipſi Ieſu diſcipuli de daemoniis adhuc errare.* Cum quo fundamento alias SEMLERVS Cel. cauſſas pluresque coniungit, *eo*, dicens, θεοπνευστια *non pertinebat, vt omnes de rebus, vulgo obuenientibus, repraeſentationes et* εννοιας *in auctoribus ſacris ita corrigeret, vt cum ipſis his rebus, de quibus ſunt, omnino et ſemper conuenirent, quae res fieri plane non potuit, adeo nec a Deo praeſtita fuit; nam oporteret, ſimul factum eſſe, vt omnes homines in eodem nexu a Deo conſtituti ſint, vt de iſtis rebus ſimiliter, quam aliter ſentiendi ſemper illis adſit maior ratio, quod e medio tolleret et libertatem hominum et varietatem, ſapientiae diuinae praecipua documenta g).*

Nec non SEMLERVS Cel ad ſacram prouocat ſcripturam, ad erroneos vulgi conceptus accommodatam.

§. XXXI.

Itaque *Scriptura ſac. ad erroneos vulgi conceptus accommodata*, primum fundamentum fuit, Euangeliſtas in eodem errore verſari potuiſſe, qui Graecos atque Iudaeos olim in doctrina de daemonibus occupauit (§. XXX.). Deſperatum conſilium, quod-

Id quod autem non optime fecit.

g) §. VIIII. pag. 25 - 27. *Diſſert.* SEMLER.

que magis ab alio, quam a SEMLERO Cel. poterat reuocari. Nam quis *parentes* ipsos, quibus debetur, infelicissimos probabit *b*)? Quis gradus admittet Theologorum, per quos

b) Ita hos autem IOAN. IACOB. RAMBACHIVS §. 1. 2. *Prooem. dissert. qua hypothesis de sacr. scriptura, ad erroneos vulgi conceptus accommodata, examini subiicitur*, pag. 4. delineauit: *Sententia illa*, (de scriptura sacra, ad erroneos vulgi conceptus accommodata) *post sparsa hinc inde a veteribus semina, praecipue in sinu ecclesiae reformatae, in Anglia et Belgio enutrita atque educata fuit, parentibus maxime* SPINOZA, BVRNETO, BECKERO, *aliisque, qui horum placita sunt amplexi.* Quod maximum vero omnium est, illud in eo consistit, quod in eadem caussa, in qua SEMLERVS Cel. est vsus sacra scriptura, ad erroneos vulgi conceptus accommodata; illam adhibuit quoque BALTH. BECKERVS. Id quod non tantum SPANHEMIVS in *apendice elenchi controuersiarum* pag. 795. seq. *Acta erudit. Lipsiens.* an. MDCXCII. pag. 25. WEISMANNVS in *Introduct. ad memorabilia histor. eccles. nou. test.* tom. II. pag. 954. et GVIL. HENR. BECKHER de *controuersiis praecipuis*, BALTH. BECKERO *quondam motis* §. III. pag. 6. docuerunt; sed patet id etiam ex ipsis verbis BECKERI, quae *mundi fascinati* lib. II. Cap. I. et XXVIII. §. 13. edit. german. leguntur: *Man siehet klar genug*, inquit enim ibi, *dass es die Weise des grosen Meisters gewesen ist, die Menschen nicht allein zu der Zeit in solchen Irrthümern zu lassen, sondern sich auch nach der Sprache zu fügen, die zum Theil aus solchem Missverstande entstunde.* Et §. 25. *Weil der Seligmacher nicht vor hatte, die Wahrheit dieser Dinge noch zur Zeit zu erklären, so konnte er davon nicht anders reden, so er wollte verstanden seyn. Er gab den Kranckheiten solche Nahmen, welche sie unter dem Volck hatten, welches niemand fremde vorkommen muss, weil dieses aller Weisen Regel ist: loquendum cum multis, sentiendum cum paucis.* Porro Cap. XXVIII. §. 17. de illo daemoniaco, qui nobis *Matth.* VIII, 28 seq. Luc. VIII, 29. seq. proponitur: *So Jesus, als er mit dem schlechten Volck, das dennoch bey Sinnen war, redete, sich fügte nach der Sprache, die sie verstunden; was ist es Wunder, so dieser weise Meister mit einem solchen, der ganz auser Sinnen war, nicht redete, wie man mit verständigen Menschen thut. Es würde thörigt gewesen seyn, mit Thoren weislich reden wollen. So lang, als dieser Mann in solcher Unsinnigkeit war, dass er meynte, es wären* Daemones *in ihn gefahren, so glaubte er, dass er reden müsste, als er dachte, dass sie reden würden. Und Christus, der sich*

quos ingenium humanum in illo defendendo ad ſummum fere faſtigium audaciae adſcendit *i*) ? Quis ferre ex Theologis errores poterit grauiſſimos et ſummos, quibus tale decretum praetextum fuit *k*)? Cui turba et genus hominum odio-

ſich allhier nach dieſer Schwachheit accommodirte, gleichwie alle weiſe Leute in ſolchem Fall thun, der redet ſo, wie es dieſer Mann verſtehet.

i) Tres autem veluti gradus IO. IAC. RAMBACHIVS *loc. cit.* Sect. I. §. 2. pag. 7. obſeruauit. Sunt enim, qui, ſcripturam, adcommodatam, dicunt ad opiniones *vulgi indocti*, et philoſophicis meditationibus haud adſuefacti. Sunt alii, qui, attemperatam, ſtatuunt, captui *vulgi ſtupidiſſimi* brutisque ſimillimi. Sunt denique, qui, *vulgi prorſus inſani* et mente capti rationem nonnumquam habitam fuiſſe, ſomniant. Iudicibus permitram aequiſſimis, quemnam ex hiſce tribus SEMLERO Cel. gradum tribuere propter verba, quae ſequuntur, velint: *Iudaei et Graeci daemonum omnia plena opinabuntur, homines etiam ab iis inuadi et in furorem etc. coniici. Ex hac opinione illud loquendi genus natum fuit, hic habet daemonem, eſt* δαιμονιζομενος i. e. (*hoc recens forte et ab aliis nondum ſatis obſeruatum, addo,*) *talia damna hic corpore et animo aeger, hic homo, a ſtatu valetudinis ſolito deiectus, hic, qui intelligendi modum vſitatum amiſit, cuius turbata tota ſeries eſt repraeſentationum et ſenſationum: hic homo, qui furit, inſanit, alia omnia ſentire ſibi videtur, quam ſentit, hic, qui credentibus, ſe vitreum, teſtaceum,* κρυσταλλιζομενον, ελληνιζομενον etc. *ſimilis: hic, inquam, ſibi et aliis hominibus inferre geſtit, qualia ſolent vbique credi nociui daemones. — — Itaque ſi vel maxime narrantes, Euangeliſtae ita ipſi ſenſerunt: tamen non ſequitur, vt eadem hodie ſentiendi nobis impoſita diuinitus ſit neceſſitas. -- -- Diſcipuli enim Ieſu Iudaeorum alias falſas, non ſolum ad lidicerunt, ſed etiam diu tenuerunt opiniones, a quibus eos Ieſus per vim et imperium non auocauit* (§. XXX.). Confer. §. VIIII. pag. 23. no. 16. et pag. 25. *Diſſert.* SEML. Hoc autem nos certiſſimi ſcimus, et clarum eſt etiam ex verbis productis, BECKERVM illum aſcendiſſe in hac cauſſa ad ſummum, quod modo commemoraui, audaciae faſtigium. Vid. I. I. RAMBACHIVS, *loc.* et *ſect. cit.* §. XI. pag. 40. et 41. *) qui valde dubitauit, *an aliquid in Chriſtum dici iniurioſius potuiſſet commento illo illepido calumniaque illa* BECKERI: *ſeruatorem generis humani ſermones ſuos ad ſtultas vulgi male ſani et furioſi ideas nonnumquam accommodaſſe?*

k) Vt quosdam tantum et breuiter repetam ex iis, quos I. I. RAMBA-CHIVS

odioſiſſimum placebit, qui adſtruendae, eidem de daemonibus opinioni, in quam SEMLERVS Celeb. eſt lapſus, proinde atque antiquitus adhibuerunt *l*)? Quis fucum atque colores neſcit, qui huic principio illinuntur *m*)? Ecquis eſt

CHIVS *loc.* et ſect. 1. *cit.* fuſius pertractauit: 1) Quicquid mali de *tota ſac. Scriptura* Athei atque Deiſtae, maxime autem SPINOZA ille, dixerunt: 2) Quicquid RICHARD. SIMON protulit in *hiſtoria crit. vet. teſt. vt, Pentateuchi conſignatione, Moſi veroque atque diuino auctori abiudicata, cuidam Iſraelitico ſacrificulo illum traderet*: 3) Quicquid requirebatur, ſi *noui illi telluris architecti*, ſiue, vti dicuntur, *Theoriſtae*, et inter illos BVRNETIVS inprimis atque GVIL. WISTHON, exiſterent, *ex Geneſi non niſi formationem noſtrae telluris colligentes*: 4) Quicquid *ad fabulam illam praeadamiticam* ISAACO PETRERIO neceſſarium erat excogitandam: illud, et *longe plura*, proh dolor! excuſatio *ſacrae ſcripturae, ad vulgi conceptus erroneos accommodatae*, defendit. Confer. SAL. DETLINGIVS in 1. part. *obſerv. ſacr.* pag. 342. ISAAC PETRERII *Syſt. Praead.* part. I. Lib. IV. Cap. I.

l) Praeter BALTHASAR. BECKERVM, LVCILIVM VANIVM ceterosque homines, cultoribus veri Dei odioſiſſimos, quos §. VI. pag. 3. §. 30. *noſtr.* 1. *Diſſert.* nominauimus, IO. IAC. RAMBACHIVS loc. et Sect. cit. §. XI. DAILLONIVM atque ALOTIANVM CHARITINVM quemdam §. V. §. 4. pag. 21. citauit, eidem opinioni, quam SEMLERVS *Cel.* amplexus eſt, de daemonibus, ſacra ſcriptura, ad erroneos vulgi conceptus accommodata, ſuccurrentes.

m) Praecipue προφασεις, quibus periculoſa ſententia tegitur atque ornatur, ſic nobis ab RAMBACHIO loc. cit. Sect. II. §. IV. pag. 68-70. ſunt commemoratae:

I.) *Scripturam ſacram non eo nobis fine datam eſſe, vt res philoſophicas inde diſcamus*: vel, vti SEMLERVS Cel. loquitur §. XIII. pag. 45. *diſſert. de rebus phyſicis Deus docere* αμεσως *homines, nec volebat, nec poterat: quia ipſe phyſicarum rerum omnem ambitum, ſuccedentemque illarum, vbi opus et vſus eſſe poterat, cognitionem ratione locorum et temporum non vno modo definiuit. Quis vmquam, ſi ſcripturae conſilium et Dei ſummam ſapientiam cogitat, opinabitur, exiſtere in ſcriptura naturalium rerum et cauſſarum* καθολικας *declarationes?* Vtitur hoc effugio SPINOZA, in *tract. theol. polem.* cap. XV. pag. 166. Vtuntur eodem BVRNETIVS, BECKERVS, alii.

II.) *Poſtu-*

eſt ille tandem, qui tam ſit negligens circa Deum atque religionem, vt ſtrages illas et maximas omnes nondum fuerit laetatus, quas dare huic principio Theologi pii religioſique potuerunt *n*)?

§. XXXII.

II. *Poſtulaſſe ingenii humani infirmitatem, vt Deus de rebus naturalibus non aliam in verbo ſuo ſententiam ferret, quam quae iudicio ſenſuum conformis eſſet, niſi homines confundere potius et turbare, quam informare voluiſſet.* Sic STVRMIVS in *phyſica hypothetic.* tom. II. pag. 544.

III. Quum Deus de ſe ipſo loquens ad hominum captum ſeſe demiſerit, teſtibus anthropopathicis ſcripturae ſacrae loquutionibus; mirandum non eſſe, quod idem multo magis fecerit de rebus naturalibus loquens. Sic rurſus STVRMIVS *loc. cit.* Sic WITTICHIVS in *conſenſ. veritatis*, pag. 509.

n) *Noſtrae eccleſiae doctores*, inquit I. I. RAMBACHIVS Cap. II. §. 5. *prooem. Diſſert. cit. vti proteruum illud rationis humanae decretum fere omnes deteſtati ſunt, ita non omiſerunt, data occaſione perſtringere illud atque confutare. Primo* fuerunt, qui illud fundamentum *per ſe* redarguerunt atque refellerunt. Fecerunt id autem duplici modo. Quidam illi in *tranſitu* tantum atque ως εν παροδω reſtiterunt, quo IVSTVS CHRISTOPH. SCHOMERVS in *collegio nouiſſimarum controuerſiarum* cap. II. §. 8. pag. 3. et, qui huic opuſculo poſthumo diſſertationem *de ſententiis, in ſcripturam ſacram iniuriis*, praemiſit, Cel. HENRICVS ASCANIVS ENGELKE pag. 77. nec non AVG. PFEIFFERVS in *theſauro hermeneut.* pag. 477. et IO. CHRISTOPHOR. WOLFIVS in *Manichaeismo ante Manichaeos*, pag. 358. quid dicam, ipſe IO. IAC. RAMBACHIVS in *Inſtitut. hermeneut. ſacr.* Lib. III. Cap. IIII. §. VIIII. Caut. V. pag. 486. ſeq. inprimis pertinent. Qui autem *ex inſtituto* contra ſcripturam ſacram, ad erroneos vulgi conceptus accommodatam, conſtiterunt; inter hos, ſi ab CHRIST. KORTHOLTO diſcedas, qui *diſſertationem de iis, qui in iudicio, de rebus politicis et phyſicis ferendo, diuinarum literarum proprietatem auctoritatemque temere negligunt*, IO. IAC. RAMBACHIVS omnino eminet, et aeternum in ſua *diſſertatione*, citata a nobis ſaepiſſime, vigebit. Exſtitit fides promiſſo, quod pag. 5. atque in fine Prooem. Diſſ. cit. Theologis fecit. *Amplioribus*, autem inquit ibi, *inſtitutum noſtrum terminis circumſcripſimus, vniuerſam illam, quousque ſe extendit, male ſanam hypotheſin ſub examen reuocaturi, vt, quid monſtri intus alat, quosque ex ſe fructus gignat, intelligatur.* Nam,

§. XXXII.

Latebram quandam libertate quaerit Euangeliſtarum SEMLERVS *Cel.*

Reſponde, Lector Beneuole, nobis, et ſimul obſtupesce *alteram* cauſſam, quam dedit, *Euangeliſtas inter alios conceptus*

ſtatu controuerſiae, §. I. ſect. II. rectiſſime atque curatiſſime formato, *coloribusque* diligenter dilutis, qui huic hypotheſi illinuntur: non tantum ſolide *cauſſas* §. II. ſect. cit. refellit atque coarguit primarias, quas continent huius hypotheſeos natales; ſed nobis etiam *effectus* tradidit, ex illa ſua quaſi ſponte propullulantes. *Cauſſis* accenſet

I.) *Arrogantiam humanae rationis, quae philoſophicis praeſertim praeſidiis armata, fraenum reuelationis mordet, et Deo, eiusque teſtimonio, quauis data occaſione, refragatur.*

II.) *Praeiudicia receptae hypotheſeos, quae multos impellunt, vt, quod cum ſuis opinionibus conciliare non poſſunt, vulgi erroribus adſcribant.*

III.) *Licentiam de rebus diuinis pariter et humanis, excuſſo reuelationis iugo, quicquid habet, ſentiendi.*

IIII.) *Ignorantiam linguarum ſacrae ſcripturae originalium.*

V.) *Imperitiam hermeneuticam*, quae hoc in negotio maxime et ſeptem, quos recenſet, modis proditur, non raro obuenientibus.

Effectus autem *huius hypotheſeos, prout a multis periculoſe extenditur, ſunt*, inquit coelitibus adſcriptus Theologus noſter, *ſatis noxii, vt haud immerito comparari poſſint cum ouo baſiliſci, ex quo compreſſo et rupto vipera excluditur Eſ.* LVIIII, 5. *Quod ſi enim ſententiam illam rigido examini ſubiicias, eamque velut premas, rumpas, excutias; adparet latere in illa letiferum virus, in perniciem ſacroſanctiae religionis a multis callide deſtinatum. Nam*

I.) *Scripturam ſacram, reuelatae religionis principium, in apertum diſcrimen contemtumque adducit.*

II.) *Iſthaec hypotheſis libertinismo, de rebus etiam diuinis quidlibet ſentiendi, mirum in modum patrocinatur.*

III.) *Iſthaec hypotheſis, ſi longius longiusque in dies extendatur, ad impietatem ducit, reuelatamque religionem, pedibus conculcandam ſuppo-nit.*

IIII.) *Iſthaec hypotheſis committit inter ſe librum naturae et ſcripturae, tamquam hoſtiliter inter ſe pugnantes.*

Interim et *abeſt* a nobis, quod abfuit ab RAMBACHIO olim, *vt omnibus, qui hanc hypotheſin profitentur, imputemus, quod malignos illos*

ceptus ſuis verbis etiam erroneos tales tribuere potuiſſe (§.
G 2 XXVII.

illos effectus intenderint. Sufficit, quod ex hypotheſi ipſa, longius in primis, quam par eſt, extenſa, putres illi fructus ſponte naſcantur, qui proinde vnumquemque, cui cauſſa religionis curae cordique eſt, ab iſta ſententia, propugnanda, abſterrere debent.

Deinde nec defuerunt interpretes religionis ſapientiores, qui fortiter repugnarunt ſcripturae ſacrae, ad vulgi conceptus erroneos adplicatae, tum fuerant, qui hac hypotheſi eandem de daemonibus opinionem, in quam SEMLERVS Cel. eſt lapſus, cum BALTHAS. BECKERO tegere atque armare volebant: vt nulla deeſſet cauſſa, cur ſummi Numinis conſilium in ampliſſimis viris ad cuſtodiendam puriorem religionem deligendis, iure ac merito laudare poſſemus. Quem ad modum autem ab omnibus, ne SEMLERO Cel. quidem excepto, IOANN. LAVR. MOSHEMIO laus magna prudentiae pariter atque ſummae etiam eruditionis tribuitur; ſic praeſtitit etiam in hacce cauſſa, quod a Theologo, vigilante, prudente, ſolidoque non tam exſpectari, quam fieri etiam poterat atque debebat. Itaque quamquam multos oportet lectorum meorum abundare praeceptis talibus inſtitutisque theologiae, quorum ope MOSHEMIVS tantam ab aduerſariis victoriam reportauit, quantam in hac cauſſa omnis concedet, cui integra eſt facultas atque poteſtas iudicandi; tamen cenſeo, repetenda eſſe, quae per quandam quaſi προληψιν atque anticipationem in SEMLERVM Cel. perorauit MOSHEMIVS, vt pateat etiam inde, nec primum SEMLERVM Cel. fuiſſe, nec cautum atque armatum ſatis, tum vſus eſt hypotheſi illa, ad eam, quae plerumque traditur, de daemoniacis ſententiam, ſi non e medio plane tollendam, certe tamen labefactandam. Sequentia autem iuſſit obſeruari in *Not. I. ad §.* LXXXIII. Sect. I. Cap. V. *Syſtem.* CVDWORTH. *Intellect.* pag. 859 - 861.

I.) Inquit, *periculoſa mihi prorſus et vniuerſae religioni chriſtianae vehementer noxia videtur eſſe opinio eorum, qui quaecumque de daemonibus et eiectione eorum in noui foederis libris leguntur, aut de morbis et morborum ſanationibus vnice intelligunt aut ex vulgi errore, dicta eſſe, cenſent. Etenim ſi nihil errarent, qui ſic ſentiunt, id quidem, meo iudicio, apertum foret, et ipſum ſeruatorem noſtrum, et legatos, teſtesque eius vix virorum ſapientum nomen tueri poſſe, talique vſos eſſe dicendi genere, quale nemo ſolet adhibere vel mediocriter ſapiens, qui ab aliis legi vult et intelligi. Id vt pateat, primum nihil coëgiſſe Chriſtum et eius diſcipulos, vt ita loquerentur, moneo. Diſputat Ieſus Chriſtus Matth. XII. et aliis in locis, aduerſus phariſaeos, qui, miracula, quae*

faceret

XXVII.). *Veretur* autem SEMLERVS Cel. noſter, *ne hominum*

faceret, ope ac virtute daemonum ab eo edi, criminabantur, nec ſecus reſpondet, ac ſi vera eſſent omnia, quae tum temporis de daemonibus a Phariſaeis credebantur. Si falſa eſſent omnia, quae de daemonum poteſtate in hominum corpora traduntur, aptiſſime et appoſite reſpondiſſet ſeruator, inanes vulgi fabulas et anicularum commenta eſſe, quae de aſtu et potentia daemonum circumferrentur. Neque video cauſſae aliquid, quod ipſum, quo minus libere hoc ediceret, impedire potuiſſet. Non erat haec ſententia ex illis, quas vel ignorabant Iudaei, vel ita deteſtabantur, vt auctores earum ferre nullo modo poſſent. Namque Sadducaei, quibus in ſupremo ſenatu conceſſum erat, ſententiam dicere, atque ſanctiſſimis muneribus fungi, publice profitebantur, nullos eſſe daemones, atque, delirare eos, ſtatuebant, qui tales eſſe naturas putabant; neque tamen eam ob cauſſam multitudini execrabiles erant. Igitur poterat Chriſtus ſine omni inuidia ac ſine detrimento ſanctiſſimae religionis, ad quam miſſus erat, inculcandam, vulgi fabulas de daemonibus oppugnare et reiicere. Quid? quod etiam a Sadducaeis auxilii et praeſidii haud parum contra Phariſaeos aduerſarios eorum ſibi polliceri hanc propter doctrinam poterat. Ipſos autem iudices eſſe, velim, contra quos haec animaduerto, qualem putent eſſe hominem, qui, quum nulla vrgetur neceſſitate, ridiculos peſtiferosque errores in animis auditorum ſuorum non modo tolerat, verum etiam oratione ac diſputatione ſua confirmat et roborat? Non diſpar eſt eorum ratio, quos ſeruator noſter in orbem emiſit terrarum ad doctrinam ſuam propagandam. Erant quidem in plebe, inter Platonicos, inter Iudaeorum magiſtros haud pauci, quos fortaſſis ad tempus offendiſſent legati ſeruatoris noſtri, ſi commentitia eſſe, tradidiſſent, omnia, quae de natura et poteſtate daemonum, atque de hominibus ab illis obſeſſis narrarentur. At nec minor, imo maior forte, numerus erat illorum philoſophorum, qui nihil ſibi horum obtrudi patiebantur; quales Epicuraei erant et Academici, quorum diſciplinae plurimis inter optimates et proceres aetate ſeruatoris noſtri approbatoribus vtebantur: nec idcirco tamen horum aliquis in honoris aut vitae ſuae verſabatur periculo. Et plures forte inter ſapientes aetatis illius amicos nacti fuiſſent Apoſtoli, ſi libere diſplicere ſibi omnia ſignificaſſent praecepta, quae de malignis geniis adhuc populo placuiſſent. Quis vero ſapiens, qui nihil ſibi videt periculi imminere, ſi populares adgrediatur opiniones, fore contra perſpicit multos, qui in ſuam conceſſuri ſint ſententiam, fanaticos plebis errores ipſemet adſumere et ſuffragio ſuo confirmare ſolet?

II.) *Fingamus vero, multum periculi et offenſionis fuiſſe coniunctum cum libera profeſſione veri dogmatis de daemonibus eorumque natura,*

num-

num libertas e medio tollatur, si forte θεοπνευςια eo pertineret,

numquam mihi tamen persuaserim, Seruatorem nostrum sanctissimosque eius discipulos ita fuisse timidos, vt sententias aperte falsas et pueriles non ferrent tantum, sed etiam approbarent. Sciunt omnes ipsas Iudaeorum delicias, quibus nihil habebant carius, ritus intelligo et caerimonias, a Mose praescriptas, gentium Deos, a quibus salutem sperabant vnice, totque alias praeterea populorum praeiudicatas opiniones, quas praeter modum amabant, intrepide a Seruatore et amicis eius, spretis omnibus periculis, oppugnatas et condemnatas esse. Viros, tanta fiducia armatos, vt in ipsam impietatis et superstitionis arcem non dubitarent penetrare; quis credat, in sententias, quae nec omnibus arridebant, nec ab is, quibus arridebant, in primis religionis fundamentis ponebantur, nihil moliri ausos fuisse? Hercules, qui Cerberum haud extimescit, apro certe aut leone viso, multo minus fugiet.

III. Prudentiam forte dicent, qui dissentiunt nobiscum, flagitasse, ne omnis plebis errores simul castigarent et refellerent, sanctissimus Seruator eiusque discipuli tulisse sapientiam Christi ad tempus quasdam sententias in animis Iudaeorum, quas incrementis verae religionis non prorsus esse contrarias perspexerit: exemplum Christi legatos eius imitatos esse. Non is ego sum, qui, haec ita sese habere quodammodo, negauerim: ad rem vero praesentem nihil plane haec conducit obseruatio. Tulit Seruator noster ad tempus errantes quasdam amicorum suorum, multitudinisque sententias: sed nec tamen eas publice laudauit aut verbis et oratione suas fecit. At quis nescit Pharisaeorum de daemonibus et obsessis sententias passim a Seruatore nostro assumi, illustrari, emendari? Matth. XII, 17 - 30. v. 43 - 45. Luc. XI, 24. Hoc quis prudentiae munus esse dixerit? Sapientis Medici est, fateor, malis grauioribus medicinam parare, minora interdum tempori sananda committere: prudentis viri, cum illis ante omnia confligere erroribus, vnde maius metuendum est periculum, leuiores modice curare. At, stulti esse, putem, prouidere, ne minora illa mala deleantur, et insipientis, mediocres errores nouis praesidiis communire. Id quod prudentia flagitat, fecisset Seruator noster, si prorsus siluisset, nec vel reiecisset aperte, vel adoptasset, aut laudasset falsas Iudaeorum de malis geniis opiniones, si, iustas, animaduertisset, obstare caussas, ne statim redarguerentur.

IIII.) Sed aequiores etiam nos habebunt aduersarii. Dabo, quod numquam tamen dederim, consentaneum fuisse prudentiae, vt Seruator ad populi loqueretur opinionem, et multitudinis de obsessis et daemonibus nugas suas faceret. Spero autem, vicissim daturos mihi esse illos, quibus

ret, vt omnes de rebus, vulgo obuenientibus, cogitationes et

buscum res hic nobis est, in officiis esse viri sapientis, vt prouideat et caueat, ne inficeti errores, quibus sibi parcendum esse ducit, ne animos irritet, immortales fiant, et ad seros vsque posteros permaneant. Hoc igitur fecit Seruator noster? Non fecit, quod omnes sciunt, neque illi, qui vitae eius historiam exararunt, neque sancti eius nuntii, qui de vniuersa religione epistolis suis exposuerunt, vel verbulo nos monuerunt, sermones Seruatoris nostri de daemonibus et obsessis populi Iudaici sententiam, non autem ipsius continere, et ad credulam plebem capiendam vnice institutos esse. Quocirca si ab illorum parte veritas staret, qui daemonum imperium prorsus euersum cupiunt, quid mihi de Seruatoris nostri amore erga genus humanum, cui valde noxium esse fatentur hunc errorem, quid de sapientia et prudentia eius, quid de ipsa christiana religione constituendum esset, vehementer anceps haererem ac dubius.

V.) Et quid multis? omnem mihi prorsus tollere videntur sacrorum voluminum fidem et auctoritatem, qui sic sentiunt. Etenim simulatque illis accedimus, fateamur necesse est, fabulas Seruatorem nostrum narrare, quotiescunque de potestate loquitur daemonum, aut malis imperat geniis, vt hominum exeant corporibus, orationemque illam, verbi caussa, quae Matth. XII, 17. 30. v. 43 - 45. scripta legitur inanibus constare sonis, quibus nulla potestas aut notio subiecta est: fatendum est nobis, Paulum, quum ait, Christianis non cum carne et sanguine dimicandum esse, sed cum daemonibus, Ephes. VI, 12. nihil proprie dicere, tametsi grauiter monere videatur: fatendum est denique, tam corrupte tamque peruerse interdum loqui sanctos scriptores, vt a nullis sine metu erroris legi queant, nisi ab illis, quibus ob perpurgatam, qua valent, rationem aurum seiungere ferro licet. Atqui haec si ita sese habent, si partes quaedam sacrorum librorum populares errores, non secus ac ipsam veritatem, tradunt, si aliae vocabulis constant, quibus nihil subest, nisi strepitus, nescio, an digni sint, quibus salutem nostram plane committamus, quosque consulamus vnice, quum quid credendum vel non credendum sit, quaeritur. Quodsi enim tam longe ab vsitato et proprio dicendi genere, quod sapientes viri consectantur, recederent sacri scriptores, vt BECKERVS et alii volunt, qui daemonibus et hominibus, a daemone vexatis, bellum indixerunt, verendum nobis vbique foret, ne forte in illis locis, in quibus nos mysteria salutis et sanctissima extare dogmata opinamur, ad vulgi sententiam, non autem ad veritatis normam loquuti essent.

VI.) Postre-

et ἐννοίας *in auctoribus ſacris ita corrigeret, vt cum ipſis*

VI.) *Poſtremo tota mihi eorum ratio, qui tam feruide in daemonum poteſtatem diſputant, valde ſingularis et a ſemet ipſa videtur eſſe diſſentiens. Adſumunt illi, Seruatorem noſtrum, eiusmodi diſcipulos, ad plebis opiniones ſeſe loquendo et ſcribendo accommodaſſe, neque ſecus de daemonibus et eorum in corpora noſtra poteſtate, aliisque rebus eſſe loquutos, ac ſi nullum de his omnibus eſſet dubium, tametſi non ignorauerint, vana eſſe, quae multitudo vera eſſe duceret, omnia. Neque dubito, quin prudenter et ſapienter ita feciſſe Seruatorem noſtrum et amicos eius exiſtiment. Velim igitur, ab illis edoceri, cur hoc ipſimet ſequi et imitari exemplum nolint, et a veſtigiis Chriſti et Apoſtolorum, quibus nihil eſt ſanctius, abeant. Tot hodie forte ſunt, quot aetate Chriſti, qui, Daemones et eſſe, et hominum interdum incolere corpora, cenſent. Tantum apud hos offenſionis ex oppugnatione ſententiae huius hac aetate naſci poteſt, quam eo tempore potuit, quo Chriſtus et legati eius docuerunt. Denique non ex illis hoc dogma eſt opinionibus, vnde certiſſimum animis periculum et aeternae ſalutis iactura metuenda eſt. Ex his enim ſi eſſet ſententiis, quis Seruatorem noſtrum, dubitaret, illud funditus euerſurum et ex mentibus hominum ſublaturum fuiſſe? Quid igitur eſt, quod eos impedit, quo minus idem faciant, quod, Chriſtum et Apoſtolos feciſſe, volunt, atque cum plebe loquantur, cum ſapientibus autem ſentiant? cur tot ſcriptis et cauillationibus in opinionem inuehuntur,* (Confer. pag. 12. et 13. Prooem. noſtr. I. Diſſ.) *quum ipſe Seruator, nulli noxiam eſſe, demonſtrauit, imo confirmauit? Fallor, aut, qui haec ſecum expendet, anguem in herba latere, ſuſpicabitur. Forte illi, qui dicta Chriſti et Apoſtolorum ita torquent, vt aduerſus animi ſui ſententiam videantur verba feciſſe, eodem modo de Chriſto et Apoſtolis diſſerunt, quo eos de obſeſſis et daemonibus diſſeruiſſe perhibent, id eſt, ad plebis opinionem tantum loquuntur, tametſi longe ſecus de illis tacite iudicent. Non tam iniquus ſum, vt, omnes ita eſſe animo affectos, putem, qui his fauent opinionibus: at omnes tamen huius generis accurate ſecum ponderare, velim, quonam ducant praecepta illa, quae tam audacter proponunt et tuentur?* Haec autem MOSHEMIVS Quam ob rem diſcet SEMLERVS Cel. quidem a ſummo aetatis ipſius prudentiſſimoque theologorum: et diſcet, quamdiu volet, tamdiu autem velle debebit, quoad illum, quantum in ſapientia atque prudentia ſaltem, ſi non ipſa eruditione proficiat, non prorſus poenitebit.

o) §. VIIII.

ipſis his rebus, de quibus ſunt, omnino et ſemper conuenirent o).

§. XXXIII.

Fruſtra. Sed liberi a tali cura metuque Theologi noſtri viuere poſſunt. Falſa ſunt enim atque inania prorſus, quae timenda putantur. Nam *primo* a Viro Cel. libertas efflagitatur, vbi tamen ne *philoſophus* quidem concedit quandam mortalibus nobis. Quae hominum enim cogitationes *inſpiratae* dicuntur: illae, ſi ſpectes vel ideas primas, quas homines de reuelatione habent, vel ad *phantasmata* animae referuntur, vel rebus, quas homines ſuo *ſenſu* percipiunt, adnumerari debent *p*). In his vero atque talibus quamdam velle libertatem poſtulare; hoc idem philoſophis abſurdum videretur, ac in ſapore et odoratu, vel, quum quid ſomniatur, quaerere quamdam libertatem velle *q*). Et quid noſtri Theologi! ſi legerint, hominibus mortalibus in rebus, diuinitus reuelatis, et ſic quodammodo quoque ad fidem pertinentibus, tantam, quantam SEMLERVS Cel. ipſis conceſſit, libertatem fruſtra et ſine omni cauſſa concedi. Nonne plus virium, quam par eſt, vel, quam ſcriptura ſacra permittit, illorum quiuis illico concludet, hominibus corruptis atque lapſu deprauatis adſignari? Nonne tunc grauius quoddam, doctrina de libero arbitrio ne labefactaretur, ſententia PELAGII forte ne reuiuiſceret, metuendum vel ſaltem ſuſpicandum eſſet *r*)? At vtinam ne in aliis editis a Viro Cel. ſcriptis,

o) §. VIII. pag. 27. 26. *N. IIII. Diſſertat.* SEMLER.

p) REVSCHIVS §. XXXXVIIII. *Introductionis in Theol. Reuel.*

q) Illuſtr. DARIES §. 36. 37. §. 38. Cor. 2. *Pſychol. Emp.* et CICERO in *Quaeſt. academ.* Conf. Summe Vener. WALCHII *Lex. Philoſ.* Art. *Freyheit des Verſtandes*, pag. 1034. 1035.

r) Alii ſaltem conſtituant, ego non ſatis poſſum, quod horum ſit verborum aliud conſilium, aut quid SEMLERVS Celeb. velit, *Auctores*, dicens, *ſacri ſine Deo atque* Θεοπνευστια *falſas de rebus inſpiratas* εννοιας *et repraeſentationes ita corrigere atque inueſtigare potuerunt, vt*

ſcriptis, illud, quod hic iuſtiſſimam cenſuram merebatur, etiam lateret et animaduerteretur s)!

§. XXXIIII.

vt cum ipſis his rebus, de quibus ſunt, omnino atque ſemper conuenirent: ab hominibus legum ſacrarum et religionis loco haberentur: et ſic non Dei et ſpiritus diuinioris ope; ſed ſtudio et hominis demum inueſtigatione religio libera et melior, diſciplinaque ſaluberrima de rebus, factis, dictisque Ieſu ſtabiliri atque exiſtere poſſet? §. VIIII. pag. 25. (17) et pag. 27. Diſſ. SEMLER. Et quo aſperius nihil dici poteſt a Theologiae Doctore, quod ferri vel ab aequiſſimo nequit, rerum diuinarum interprete: illud in Viri Cel. optatis conſiſtit. Nam *optat, vt Chriſtiani diligentius attendiſſent ad hanc diuinam et ſapientiſſimam noſtrae cognitionis dispenſationem*, pag. 27. *Diſſ.* SEML. Ni fallor, ex mente Viri Cel. effatum *Matth.* 20. v. 22. elapſum erat, tum talia optabat.

s) Vt vnicum tantum ex pluribus producam huius rei documentum: SEMLERVS *Cel.* pag. 40. §. 5. *hiſtoriſcher Einleitung in die dogmatiſche Gottesgelahrheit* D. SIEGM. IAC. BAVMGARTENS *I. B.* haecce nobiscum cogitata communicauit: *Der Vortrag der Mittelsperſonen der ſchriftlichen Offenbahrung, ihre Einkleidung und Einrichtung der den Innhalt ausmachenden Ausſprüche, iſt zwar nicht ohne Gottes Genemigung, aber in der That iedesmal ihr eigen geweſen. Sie haben als vernünftige Schriftſteller ihrer geſamten ſonſtigen Beſchaffenheit und ihren eigenen Umſtänden gemäſs und zu Folge, ſowohl die Wahl der Ausdrücke und ihre Verbindung, als auch die Wahl der Verbindung der Ausſprüche und Sätze ſelbſt beſtimmt und getroffen. So bekannt dieſs ehedem geweſen iſt, daſs es gar zuweilen iſt übertrieben worden: ſo gewiſs möchten es doch heut zu Tage gern einige in Zweifel ziehen, und dieſes alles zu einer eigentlichen Wirckung der Eingebung oder Erleuchtung Gottes ſelbſt machen; welches eine Uebertreibung der Lehre von der Erleuchtung iſt und offenbahre* μεταβασις εις αλλο γενος, *die ſonſt in unſerer Kirche nicht da geweſen, mit ihren übrigen richtigen Lehren auch ſo wenig, als mit geſunder und richtiger Auslegung der heiligen Schrift verknüpfet werden kan, und wirckliche fanatiſche Unrichtigkeiten zum Grunde und Zweck haben müſte. Es iſt mehr, als wahrſcheinlich, daſs ſelbſt* AVGVSTINVS *bey aller Göttlichkeit des neuen Teſtaments doch geglaubt und behauptet hat, daſs es auf der Apoſtel Gedächtniſs beruhet hat, was und mit was für Ausdrücken ſie ſchreiben wollen. Er erläutert es mit dem Beyſpiel: wenn mehrere Menſchen von einer Sache redeten, daſs dem ohnerachtet keiner was unwahres rede. Am allerdeutlichſten iſt eine Stelle des* EVTHYMIVS *über Matth.* 28. *v.* 28.

§. XXXIIII.

fit autem. Deinde etiam *fruſtra* lamentatur Theologus Halenſis. Nam quis ſapientum ex eo concludet, quemdam habere nullam

Dieſe griechiſche ſonſt ungedruckte Stelle findet man nebſt mehrern in R. SIMONS *hiſtoire critique des commentateurs du noveau teſtament* Cap. 29. pag. 414. *Man kann eben dieſes gelehrten Schriftſtellers hiſtoire critique des alten Teſtaments, und die ſentiments de quelques theologiens d'Hollande, von der verſchiedenen Beſtimmung der Inſpiration vergleichen.* Si quid valeret optaſſe, vt Chriſtiani diligentius attendiſſent: 1) Optaſſem, vt Vir cel. ad nomen atque famam BAVMGARTENII, coelitibus nunc adſcripti, diligentius attendiſſet. Vix feret, ſi ſcripta ipſius amplius cum hisce atque talibus praeceptis inſtitutisque SEMLERIANIS confunderentur. 2) Optaſſem, vt prudentiam quoque Viri et Theologi beati attendiſſet diligentius SEMLERVS Cel. Hanc enim nobiscum ii omnes in quodam editore operum BAVMGARTENII deſiderabunt, qui ſcripta huius Theologi non nihili faciunt. 3) Optaſſem, vt vel diligentius primas omnibusque cognitas de reuelatione ἐννοιας attendiſſet, ex quibus IO. PET. REVSCHIVS, olim noſter, §. LXXXVI. *Introduct.* in *Theol. Reuel.* contra DODWELLIVM inprimis atque contra CALIXTVM effecit, *totam reuelationem et quod ad cogitationes harumque ordinem et quod ad voces et phraſes a diuina proficiſci inſpiratione ac miraculoſa operatione. Tandem* et 4) non tantam forte vim in ſuis argumentis teſtibusque Vir Cel. poſuiſſet, ſi, quod in votis etiam erat, diligentius ad haecce cogitata B. BVDDEI attendiſſet: *Inter Scripta* AVGVSTINI *primo comparent loco de conſenſu euangeliſtarum libri quatuor. Dignum vtique erat hocce, in quo ingenii vires periclitaretur, argumentum tantoque accuratius tractandum, quo ſaepius ab ethnicis, ad chriſtianae religionis veritatem labefactandam, euangeliſtarum diſſenſus obiiciebatur. Inter alia vero, ad conciliandos inter ſe euangeliſtas, et hancce regulam ponit: Quod alius alium verborum ordinem tenet, non eſt vtique contrarium. Neque illud contrarium eſt, ſi alius dicit, quod alius praetermittit. Vt enim quisque meminerat, et vt cuique cordi erat, vel breuius vel prolixius eamdem tamen explicare ſententiam, ita eos explicaſſe, manifeſtum eſt, libr. II. de conſenſu euangeliſt. cap. XII. pag.* 31. *Hac regula inſpirationem ſcripturae ſacrae, immediate a Deo profectam, ſaltem verborum, deſtrui, exiſtimat* RICHARDVS SIMON, *nimio erga* PELAGIVM *amore abreptus; cum ea locum habere non videatur, vbi vnusquisque, vt meminerit, et vt cuique cordi eſt, vel breuius vel longius eamdem explicat ſententiam; hiſtor. crit. comment. nov. teſtam.*

nullam libertatem, quia ſua non abuti poteſt libertate *t*)? Concludit ſic autem SEMLERVS Cel. ex eo, *quod ad* Θεοπνευστιαν *verae tantum pertineant rerum repraeſentationes*, efficiens, *hominum libertatem e medio tolli.* Porro, a quonam philoſophorum ſequentes permittantur concluſiones: *Si viris* Θεοπνευστοις *nulla falſa ſint inſpirata*: effectum eſt quoque, vt *attendere ad vera illa atque ſecum reputare non potuerint*: *vt fruſtra ſeruator* ερευναν τας γραφας *iuſſerit*: *vt irritum ſit atque prorſus ſuperuacaneum opus, ſi quis doctrinam diuinam cum ſcitis atque ſententiis vulgaribus comparare velit*: *vt nullum plane iudicium de praeſtantia et veritate religionis chriſtianae vmquam poſſit exiſtere*? Fecit has autem et tales concluſiunculas plures Interpres Halenſis (*u*): colligit, nullam in Euangeliſtis libertatem remanere, nec *modi*

 talem,

teſtam. cap. XVIII. pag. 264. *At excuſari aut defendi* AVGVSTINVS *poteſt, ſi discrimen inter reuelationem et inſpirationem probe teneatur; quod numquam fere non negligunt* BENEDICTVS de SPINOZA, RICHARDVS SIMON, *aliique, qui inſpirationem diuinam ſcripturae ſacrae ferre nequeunt. Inſpiratio enim cum modo loquendi, mentem ſuam explicandi cuiusuis ingenio et indoli proprio, conſiſtere poteſt: quod vel ſtili diuerſitas, quae in ſcriptoribus ſacris conſpicitur, itemque ratiocinia, quibus Paulus apoſtolus vtitur, omnes condocere poſſunt. In hisce autem, quae ipſimet ſcriptores ſacri cognoſcebant, aut in quibus ingenii ſui ductum ſequebantur, licet reuelatione opus non eſſet: accedebat tamen inſpiratio, qua rerum pariter ac verborum conceptus, vt extra erroris periculum conſtituerentur.* Vid. *Iſagoge* Libr. II. Cap. VIII. §. IX. pag. 1604. et 1634. Confer. §. LXXXV. *Introduct. in Theol. Reuel. beat.* REVSCHII et §. XXXI. lit. *h*) §. XXII. lit. s) *huius noſt. Diſſ. et* §. VII. *prior. noſtr. diſſ.* Sed de hac re alibi pluribus. Cetera non prorſus atque ab omni veritate abhorrere verba SEMLERI Cel. haecce videntur: *Ich habe in dieſem gantzen Stück meiner Einleitung ſehr viel angebracht, ſo ich ſehr zu entſchuldigen habe; nicht, als wenn ich mir ſelbſt bewuſt wäre, leichtſinnig oder nachläſſig geſchrieben zu haben, ſondern weil ich eine Freimüthigkeit beweiſe, wozu ich noch nicht genug äuſſeres Anſehen haben möchte*, pag. 139. D. IOH. SAL. SEMLERS *Vorrede zum I. B. der Baumgarteniſchen Ev. Glaubensl.*

t) Illuſt. DARIESIVS in §. CXIX. *Cor. Pſychol. Empir.*

u) §. IX. pag. 25 (17.) *Diſſ.* SEMLER.

talem, vt Pſychologi loquuntur, nec *ſpeciei*, quia nulla libertas *exercitii* illis attribuenda (*x*) : ſcit Logicorum inſtituta, ſed non conſiderat hac in cauſſa Logicum, ſuis diſcipulis omnibus interdicentem, ne ex negata ſpecie quadam concludant, totum genus eſſe ſublatum: quum *metuit, ne hominum libertas e medio tollatur, ſi* Θεοπνευστια *eo pertineret, vt omnes de rebus obuenientibus repraeſentationes et* εννοιας *in ſacris auctoribus ita corrigeret, vt cum ipſis his rebus, de quibus ſunt, omnino et ſemper conuenirent.* Itaque Vir Cel. ſine dubio fruſtra queſtus eſt, hominum libertatem tolli, ſi Deus non niſi vera ſuggeſſerit Euangeliſtis.

§. XXXV.

Nec, ſi ad Dei ſapientiam ſeſe SEMLERVS *Cel. recipit tandem,*

Referam ergo *tertiam* cauſſam, etiam ſi illud falſiſſimum fuiſſet, quod Graecis atque Iudaeis in mente fuit, illud Euangeliſtas tamen cogitare potuiſſe (§. XXVII. XXX.). Quae, niſi me fallunt illa omnia, quae legi, huc tandem atque eo redit? *Inter alia diuinae ſapientiae documenta, praecipuum quoque varietas hominum diuerſaque temporum humanarumque rerum conditio exiſtit. Quae protinus e medio tolleretur, ſi* Θεοπνευστια *eo pertineret, vt omnes de rebus vulgo obuenientibus repraeſentationes et* εννοιας *in auctoribus ſacris ita corrigeret, vt cum ipſis his rebus, de quibus ſunt, omnino et ſemper conuenirent: et homines ſic omnes in eodem nexu a Deo conſtituti eſſent, ut de iſtis rebus ſimiliter, quam aliter ſentiendi ſemper illis ratio maior adeſſet y).*

§. XXXVI.

Ipſi auxilii multum

Nonne videris Tibi B. L. hic Stoicum illum, CHRYSIPPVM, apud PLVTARCHVM videre, *vitia*, dicentem, *in vniuerſum tolli, neque fas eſt neque expediret tolli:* cui vero recte PLVTARCHVS

x) Ill. DARIESIVS §. CXVI. *Pſychol. Empir.* Confer. I. PET. REVSCHIVS in §. CCLXXIX. 2) *Introduct. in Theol. Reuel.*

y) §. IX. pag. 26. 27. *Diſſ.* SEML.

CHVS hoc opponebat: *Non opus fuisse naturae ortu mali?* Difficile est, de duritate horum verborum perinde, vt caussa postulat, dicere. Propius re vera nihil fieri potuisset, quam vt SEMLERVS Cel., ipsa in mundo scelera, ipsos damnatos ad supplicium aeternum, CATILINAM ipsum et nescio, quos plures, homines existere denique docuisset, sceleribus grauissimis adfluentes, *ne hominum varietas diuersaque temporum humanarumque rerum conditio, sapientiae diuinae praecipuum documentum, e medio tolleretur.* Sed forte hoc scholae philosophorum tribuendum est, cui se tradidit SEMLERVS Cel. olim; quod lapsus est in talem caussam, quam ZWINGLIVS potius, ne dicam, MANES (*z*) ipse, in forum atque publice proferre potuisset, quam vt dicatur illi adcommodata, qui profitetur Lutheranam religionem. Vt cumque vero res se habet, ita, quae hanc constituunt caussam, dicuntur, vt ab vsu abhorreant omnium de Deo, vt ius et fas est, seuere religioseque iudicantium Theologorum: neque quis sit ex choro philosophorum futurus, qui acquiescat omnibus iis, quae caussam huius Interpretis ingrediuntur.

§. XXXVII.

Nam quod *Theologos* attinet, qui in primis sunt constituti, ad puram et diuinam religionem ab hostium excursionibus tuendam: illi tantam in Deo adserunt et etiam confirmant voluntatis atque libertatis sanctitatem, vt et *horrida* ipsis *loquutio*, et *impia* quoque *opinatio* videatur, si quis vel Deum *per accidens* dicat errorum atque peccatorum caussam *a*): nedum quis etiam eo progrediatur, vt Deum

relinquitur a Theologis

*) *Lib. de Commun. notit.* Confer. *Libr. de Stoicor. repugnant.*

z) Qui praeter ZWINGLIVM et *Manichaeos* plures et scire fere plurimos cupit, qui statuunt, Deum mala voluisse, *ne hominum varietas prorsus ab hocce mundo abesset:* CALOVIVM ille legat Tom. II. *System. Theol.* Cap. VII. pag. 332 - 340. 344. seq.

a) ABR. CALOVIVS Tom. II. *System. Loc. Theol.* Cap. VII. Quaest. II. pag. 353. vbi tota sic pertractatur controuersia, a Caluinianis aliisque coetui

cauſſam per ſe falſorum malorumque audeat nominare. Quod vltimum ſane neſcio, an declinari tam facile, quam creditur quidem, potuerit, ſi, quod SEMLERVS publice profitetur, Deus Euangeliſtis ideo falſas conceſſerit cogitationes, ne hominum varietas forte diuerſaque temporum humanarumque rerum conditio tolleretur. Itaque quidem in eo ponunt Theologi ſolidiores praecipuum diuinae ſapientiae documentum, vt error multifarie ex hominum mente extingueretur, vt variis diuerſisque remediis ſaluberrimis peccata e medio tollerentur: id, inquam, Deum atque Apoſtolos, id Chriſtum atque Euangeliſtas, id Moſen atque caeteros prophetas quidem egiſſe, omnes vnoque ore docuerunt religionis purioris periti! Sed praeter SEMLERVM Cel., Theologum, fere ſcio neminem, qui hominum varietatem temporumque conditionem adeo diuerſam exegerit a Deo, vt, ne deeſſent cuiusuis generis homines, falſis repraeſentationibus occupati, eo ne quidem θεοπνευςια pertinuerit, vt falſas in ſacris auctoribus cogitationes correxiſſet. Praeterea Theologi quoque hanc norunt legem diuinam naturalem: Caue, ne mali quid fiat, vt boni quid cueniat inde! Quis vero Deum talem, et legum et naturae auctorem, comprehendere animo poteſt: quis admirari, quis cultu, aut dignum imitatione iudicare, ſi, quod ſanciuit, ipſe violarit? Videtur autem violaſſe, ſi, quod accepimus publice a Cel. SEMLERO, θεοπνευςια idcirco non omnino de rebus falſas cogitationes correxiſſet, vt diſciplina libera optimaque et ſaluberrima exiſteret de religione Chriſtiana.

§. XXXXVIII.

atque Philoſophis, Iam vero, quid *Philoſophi* ſentiant de hoc Semleriano fundamento, longum eſt dicere. Quam ob rem illi neutiquam

coetui puriori odioſiſſimis hominibus mota, vt ſapere, ſi velint, terreri, ſi reliquum ſit quid religionis, illi omnes poſſint, qui, quum Supremum Numen ſtatuant, omnia potuiſſe peccata impedire, dummodo illa voluiſſet, diffi-

quam me fugiunt, quos habet SEMLERVS Cel. consentientes. Sunt, et quis ignoret, illos omnes esse? qui, vt defendant, mundum, quemadmodum exiſtit, optimum esse, ſtatuunt, Numen ſupremum quidem potuisse hominum peccata prorsus impedire, ſed neutiquam hoc placuisse. Sed tantum abest, vt me ex ea opinione, quam a Theologis maioribus, vel, ſi principium cognoſcendi ſpectes, ex codice noſtro diuiniore, vel, ſi auctorem vltimum adſumas cognitionis humanae, a Deo noſtro ipſo, accepi de rebus, diuinae ſapientiae ſubiectis, vllius vmquam oratio aut docti aut indocti moueat; vt eam, quemadmodum hucusque, ſic etiam in poſterum, ſi Deus adiuuabit, defenſurus ſim, atque pro viribus propagaturus. Eſt vero, de qua paucis lineis ante dicebam (§. XXXVII.). Deinde neque propterea illorum, qui forte cum SEMLERO colligant in hacce cauſſa, ego conturbor auctoritate, quia, ſi dicam, quod res ipſa eſt, iſti ſunt illi ipſi philoſophi, a quorum iuſtitutionibus quicquid de Dei ſapientia diſplicet nobis, illud forte SEMLERVS Cel. omne ſumſit. Itaque quicquid de aliis valebat teſtibus, a Viro Cel. adductis, illud quoque iudicarem de his philoſophis, SEMLERO Cel. non magnopere repugnantibus *b*). Accipe tandem et haec tamquam iuſtiſſimam cauſſam, cur me ſaltem et certe illorum nemo moueret, ſi vel Interpres Halenſis plures haberet: quemadmodum SEMLERVS Cel. non tam auctores, in diſputando, quam rationis momenta quaerit (§. IIII.); ſic nec auctoritas mihi vmquam quid ſine ratione valebit.

§. XXXVIIII.

Optimis autem rationibus muniti, philoſophi nobis *ſanioribus* quidem illi videntur, qui eum inprimis, quem Theologi *principiis* tuentur, defendunt modum de ſanctitate Dei deque ipſius ſapien-

difficulter obtinere poſſunt, ne ſaltem Deus *per accidens*, vti dicunt, cauſſa peccatorum habeatur.

b) Vid. §. VI. et VII. *Diſſert. noſt. prior.*

ſapientia cogitandi (§. XXXVII.), et tria in dubium atque controuerſiam vocant, quibus innititur vltimum fundamentum, θεοπνευστιαν *non errores correxiſſe. Primum eſt: Numen ſupremum vitia hominum velle.* Hoc enim Vir Cel. ſumere debuit, *ſi id, quod non errores hominum* θεοπνευστια *corrigantur, diuinae ſapientiae ſit praecipuum documentum:* ſiue vitia hominum tantum *indirecte*, vel, vt philoſophi etiam aiunt, *complacenter* ad voluntatem retulerit diuinam; ſiue Deum, defendat, *efficienter*, vel, vti loquuntur, *directe* hominum vitia voluiſſe (§. XXXV.). Sed hoc, quod hodie nonnulli credunt ſapientum atque philoſophorum, quorum merita cetera non negamus; olim autem ſuſpicionem mouebat, *Deum velle vitia hominum poſſe* (§. XXXVI. XXVII.) *c*): hoc, inquam, ſi vel vnicum ex multis noſſe philoſophis recentioribus cupis, qui hac de re *expreſſe* atque ex *inſtituto* egerunt, tam ſolide tamque perfecte refutauit DARIESIVS illuſtris noſter, vt, ſe, meminerit, et philoſophum eſſe, et ſacris addictum, a LVTHERO reſtitutis (§. XXXVII.): *d*) neque quem vidi hactenus, qui rem et cauſſam vere huius Philoſophi labefactarit; neque credo, fore, vt in poſterum exiſtat, qui hac in cauſſa par ſit Viro Illuſtri. Si vero quosdam deſideras, qui *data occaſione* ſolide tamen atque ſimul prudenter Deum ſunt deprecati, hominum peccata atque vitia volentem; mittam te nunc ad WALCHIOS noſtros, *Parentem* atque *Filium*, Summe venerabiles Viros. Primum

c) CALOVIVS *loc. et tom. cit.* Cap. VIII. pag. 453. ſeq.

d) *Fundamenta* ſyſtematis, deinde excitandi, Vir Illuſtr. iamiam in *Metaphyſicis*, maxime autem in *Theologia Naturali* Sect. II. Cap. II. Med. II. §. LXXXIII - XXXXII. *coll.* §. XXXXVIIII. *Cor. Philoſ. prim.* iecit. *Ipſum* autem *Syſtema*, hisce ſuperſtructum fundamentis, lege in *horis* Ipſius *ſucceſſiuis.* 2. *Sammlung.* 3. *Abhandlung* p. 80 - 146.

e) *Parens* in *Lexico Philoſ. Art. Welt.* pag. 2872. ſequent. et Art. *Böſe* pag. 300. ſeq. *Filius* vero in *Grundſätzen der natürlichen Gottesgelahrheit* Cap. III. §. XXXXII - XXXXIIII. pag. 329 - 333. *confer.* Cap. II. §. CXXVI. pag. 198 - 199.

mum igitur fundamentum Cel. SEMLERI non eget noſtra diſputatione *f*).

§. XXXX.

Quae ſchola diſciplinaque philoſophorum maxime atque inprimis quidem nobis probatur, in ea quoque cetera principia, quae ſupponit Interpres Cel., iure omni et merito tolluntur. Sunt autem: *colligi ſapientiam ex mediorum varietate, quae poſſet quis ſuis finibus adhibere. Et quo plura rem conſtituunt quandam, eo quoque illam meliorem atque perfectiorem haberi debere* (§. XXXV.). Quemadmodum autem poſterius repugnat *vſui rerum* et *primis repraeſentationibus* philoſophorum [quis machinam enim propter magnitudinem laudabit? vel quis, ſi de perfectione rerum iudicatur, variorum non *conſenſum* requirat inprimis?]; ſic Vir Cel. etiam prius ſuo tantum iure et fruſtra ſumſit. Nam ſuum ſapientem neque ſubſtituit in eum locum, vbi mutatio neceſſaria erat mediorum: neque demonſtrauit, illud fieri poſſe, quod, vt variare atque *inſtructis.*

f) Itaque, qui in ZWINGLII partes ſuccedunt, amplius illi non cauſſam defendendi habent, ſuam, quam amplectuntur de Dei voluntate, opinionem magis, quam illam, quae a noſtris atque inprimis Lutheranis defenditur, philoſophiae ſaniori conuenire. Praecipua autem haereſis, in qua CALVINVS et ZWINGLIVS fuerunt, imo grauiſſima etiam, ea, inquam, erat, quae Deum veneratur peccata volentem. Quapropter ADOLPH. FRIDER. REINHARDVS, ille de ſobria et vera philoſophia meritiſſimus longeque celeberrimus philoſophus, de CHRISTOPH. WITTICHIO ſane indigne non iudicauit, ſi *in dem Iſten ſeiner Briefe an den Herausgeber der Hamburg. gelehrt. Nachrichten über philoſoph. und juriſtiſche Materien* pag. 7. et 8. dicit: *Er* (WITTICHIVS) *macht auch §. XLIII. ſeines Anti-Spinoza keine Schwierigkeit, zu geſtehen, daſs Gott das Böſe gewollt, und vorher determiniret habe, daſs auch ſolches zu ſeinem Zwecke gehöre, welches ſich freylich beſſer für einen ſtrengen Reformirten, als für einen Gottesgelehrten unſerer Kirche ſchicket.* Vid. BALTH. MEISNERVS in part. I Sect. I. *Philoſoph. ſobr.* Quaeſt. XVII. pag. 218. et 219. Confer. Sect. IV. Quaeſt. III. pag. 682-684. Vt igitur philoſophum habeas in BALTH. MEISNERO, qui, ſi recurrere velis ad praeterita tempora, totus quoque in

atque mutare posset ordinem mediorum, dedit suo SEMLERVS Cel. sapienti (§. XXXVII. XXXVIII.). Itaque vt Halensi Theologo libuit sapientiam metiri mediorum varietate; vel frustra et sine omni caussa varia remedia fini adhiberentur: vel, quae remedia satis opportuna, ad id, quod quis intendit, producendum, haec saltem ille inuenire sapiens non posset. Tantum hoc autem vtrumque abest, vt de cuiusdam spientia testetur, vt nihil prorsus detur, quod verae sapientiae tantopere atque tam vehementer repugnet. Nam prius

eo fuit, vt Deo sese opponeret, hominum peccata et vitia cupienti. Ita enim philosophus pariter atque Theologus pius disputat contra peccata, a Deo decreta, vt, quae nonnullis ex recentioribus placent philosophiae celeberrimis doctoribus, illa refutata in *Caluinistis* maxima ex parte legere possis. Confer. THEODOR. THVMMIVS in *synopsi praecip. articulorum fidei nostr. seculo maxime controuersorum*, pag. 191. seq. Neque nunc *Caluinianis* amplius licet, vt, nostros philosophos ipsos, glorientur, famam et gloriam maximam consequutos, defendere Deum, hominum peccata et vitia volentem. Vidimus autem, id fieri interdum. Producunt, si sunt in eo, vt de decretis diuinis commententur, nonnullos ex nostris. Inprimis recordor, id a IO. FR. STAPFERO factum esse, qui totam, quam de decretis diuinis deque diuina prouidentia tradidit suis doctrinam, si non principiis WOLFII corroborauit, certe iisdem excusauit. Vid. *Institutiones Theologiae Polemicae Vniuers.* Tom. I. Cap. III. §. DCCLXIII. pag. 206. 207. *Schol.* nec non §. CDLXVI. pag. 114. 115. *Schol.* Neque fit illis iniuria, ad quos a *Caluinistis* prouocatur. Cur enim FERD. HENRICI FRENZELII *philosophisches Bedencken wegen der philosophischen Betrachtungen des Herrn Prof.* MEIERS *in Halle über die Christliche Religion* adspexisset nuperrime lucem? cur suis in *ephemeridibus Erlangenses* aegre tulissent illas MEIERI Cel. meditationes? si non in istis publice et sine omni dubitatione concederetur, *dass es dem Willen Gottes nicht gemäß sey, dass alle Menschen in diesem Leben wahre Christen werden: dass, wenn alle Menschen Christen, und noch darzu wahre Christen in diesem Leben würden, nicht die höchste Vollkommenheit der Welt und des menschlichen Geschlechts erhalten werden würde?* Vid. *dritte Betrachtung.* §. 109. pag. 44. 45. Paucis, defendat nostram de voluntate diuina puriorem doctrinam contra ZWINGLII atque CALVINI partes, praeceptis LEIBNIZII et WOLFII instructus; et noster erit.

prius vitium voluntatis; hoc imbecillitatem intelligendi et concipiendi virium declararet *g*).

§. XXXXI.

Sed mittam remedia, quae adhibuit ſenſui, huius loquendi formulae eruendo. *Ordo* nunc ſequitur, quem nemo probabit, *illis vtendi* (§. XXIII.). Itaque quoque noſter rerum diuinarum Interpres illud voluit, quod, dum de vocum

Non ordine praecedit debito SEMLERVS Celeb. in eruenda huius Φρασεως *ſignificatione.*

g) Quid iuuat igitur, dicere: WETSTENIVS *falſo et ſine iuſta ratione refutandi materiam deſumit ab Agyrtarum exemplo, qui venenum bibant, vt theriacae ſuae praeſtantiam praeſenti documento probent: Similiter iniquum eſſet, et impium*, SENECAE *illo loco, de benef.* 6, 26. *hic vti: nequitia eſt, vt extrahas, mergere; euertere, vt ſuſcites; vt emittas, includere. Non vulneres me malo, quam ſanes;* ſi is, qui dicit: *hoc impium atque iniquum eſſet*, id ipſum tamen principiis ſuis adſerit, atque in Deo talem concedit, qui gratificatur cuipiam, quod obſit illi, cui prodeſſe velle videatur? Quod ipſum vel M. T. CICERO non iudicauit *beneficii, neque liberalis, ſed pernicioſi adſentatoris eſſe*, Lib. I. *de Offic.* Cap. XIV. Confer. §. XI. *Differt.* SEMLER. p. 40. Sed neſcio, quo iure atque pacto, dum contra varietatem mediorum diſputo, ſapientiae diuinae praecipuum ſcilicet documentum, mihi in mentem LACTANTIVS venerit, Diabolum olim propterea filio Dei infeliciter atque inproſpere coniungens, vt originem errorum doceret. Duo tamen bene calleo et ſcio: *Vnum* verba ipſa ſunt LACTANTII, quae Lib. II. Cap. IX. leguntur. *Fabricaturus Deus hunc mundum, qui conſtaret in rebus, inter ſe contrariis atque diſcordibus, conſtituit ante diuerſa, facitque ante omnia duos fontes rerum, ſibi aduerſantium inter ſeque pugnantium, illos videlicet duos ſpiritus, rectum atque prauum, quorum alter eſt Deo, tamquam dexter, alter, tamquam ſiniſter: vt in eorum poteſtate eſſent contraria illa, quoniam mixtura et temperatione mundus, et quae in eo ſunt, vniuerſa conſtarent. Item facturus hominem, cui virtutem ad viuendum proponeret, per quam immortalitatem aſſequeretur, bonum et malum fecit, vt poſſet eſſe virtus, quae, niſi malis agitetur, aut vim ſuam perdet, aut omnino non erit. Ita duos ad certamen compoſuit et inſtruxit, ſed eorum alterum dilexit, vt bonum filium, alterum abdicauit, vt malum. - - Quum autem Deus ex ſuis duobus alterum bono praepoſuiſſet, alterum malo, exorſus eſt fabricam mundi. Alterum*, quod probe atque optime ſcio, ſolidiſſima refutatio eſt huius, in quem LACTAN-

cum et phraſium ſignificatione agunt, inueſtiganda et perſcrutanda, optimi commendant doctores artis interpretandi: dicam, noſter vſus eſt quidem quoque bibliis vel viſus eſt potius vti illis locisque, in quibus daemoniaci proponuntur, inter ſe collatis, ad inueniendam phraſeos illius ſignificationem; ſed vide, quae in modo deſiderantur, qui placuit, inter ſe effata biblica conferendi! Nam *primo* hoc non *primum* fuit negotium Cel. SEMLERI, vt loca, in quibus ſacer codex agit de obſeſſis, inter ſe recte conferrentur *b*). *Deinde* non *maxi-*

LACTANTIVS incidit, grauiſſimi erroris. Ita enim CALOVIVS Tom. IIII. *Syſtem. Locor. Theol.* Art. I. Cap. III. Quaeſt. II. pag. 352. huic fortiter reſtitit opinioni peſſimae, vt, ſi modo originem ſpectet quis huius erroris, ab hocce Theologo ſumma inueſtigatam diligentia, pro fauore, quem huic nonnulli dederunt opinioni, illam profecto ſit deteſtaturus atque exſecraturus. Commendo igitur lectionem huius inſtituti citatique ſermonis. Nec illum poenitebit, qui verbis diuerſis eadem credit, quae LACTANTIVS docuit; nec iniucunda inutilisue aliis lectio erit. Itaque LILIENTHAL, vti debebat et poterat etiam, concludit, ſi dicit *loc.* et *part. §. etiam et pag.* 703. *ſupra citat. Es iſt wahr, einige heidniſche Schriftſteller reden von ihnen (den Teufeln und Dämonen) als von abgeſchiedenen Seelen, und ſchreiben ihnen die Würkungen des ſchwehren Gebrechens und der Raſerey zu. Aber folgt dann daraus, daſs ihre Begriffe richtig geweſen ſind? - - Wenn nun die heidniſchen Scribenten und Weltweiſen falſche Begriffe von den Teufeln gehabt haben: ſo iſt es doch unbillig zu glauben, daſs ſich die Schrift nach eben dieſen Begriffen richte.*

b) *Contrarium* WOLFG. FRANZIVS, DANIEL FESSELIVS in *aduerſariis ſacris*, GODOFR. WEGNERVS in *ſpecimine*, euolutionem radicis ברא complectente, CHRIST. STOCKIVS in *Claue linguae ſanctae*, IAC. GVSSETIVS in *Commentariis linguae hebraicae*, fecerunt, interpretes longe celeberrimi omnes: et laudem ſibi maximam propterea compararunt. Vid. ABR. CALOVIVS in *prolegom. ad biblia illuſtr. §. XIX.* pag. 16. et IO. IAC. RAMBACHIVS in *Inſtitut. hermeneut. ſacr.* Lib. II. Cap. VII. §. V. (*) pag. 263. ſeq. Itaque quid conſultius ſolidiusue hiſce RAMBACHII verbis: *niſi ex ipſis prius ſacris paginis huius ſignificationis exempla producantur; fruſtra ad* CICERONEM *ac* PLINIVM, *fruſtra ad* STATIVM CLAVDIANVM*que prouocatur - nec, niſi poſt fruſtra excuſſos ſacri parallelismi ſinus, teſtes extraneos excitare licet?*

maxime atque *potiſſimum* adhibuit hocce, quod praeferendum tamen omnibus erat, adminiculum eruendi *i*). *Porro* non erutam huius phraſeos ex ſacris atque diuinis ſcriptoribus ſignificationem illuſtrauit SEMLERVS Cel. atque corroborauit formulis loquendi profanorum auctorum; ſed regulae inſtar et legis illae fuerunt ipſi, ad quam, et quod eſt quidem omnium grauiſſimum et notatu dignum, tamquam ad vnicam, tota et omnis etiam ſignificatio componeretur, ex biblicis effatis colligenda *k*). *Sequitur* ergo, Cel. Virum ipſum importaſſe illud et quidem ex profanis auctoribus in ſcripturam

 ſacram,

i) Trita autem eſt regula artis interpretandi doctorum, ALEXANDRI MORI explicationibus atque IO. BOMPARTII *parallelis ſacris et profanis in geneſin* oppoſita: *Cauendum, ne operoſe conquiramus, quae domi naſcuntur. Sacer enim et domeſticus parallelismus multis modis profano anteponendus eſt.* IO. IAC. RAMBACHIVS in *Inſtitut. hermeneut. ſacr.* Lib. III. Cap. VII. §. VII. pag. 578. Cum qua conſentit ZVR LINDEN, ſi §. 922. pag. 409. ſeq. *Hermeneutic. ſacr. Hoc tamen*, dicit, *cauendum eſt, ne dictiones et phraſes, quae ob peculiarem plane idearum et a vulgari cognitione remotam indolem, ſpeciatim ſacrae vocari poſſunt, magis ex profanorum ſcriptorum, quam ſacrae ſcripturae parallelismo explicandas eſſe, exiſtimemus.* Recte igitur HERM. WITSIVS in *exercit. de ſermone Deo, in miſcell. ſacr.* tom. II. pag. 102. inquit: *Neque anxie quaerendum eſt, vnde hanc τȣ λογȣ denominationem* IOANNES *habeat. Non habet eam a* ZOROASTRE, PYTHAGORA, PLATONE, *non habet a paraphraſibus chaldaicis, quamuis illas, non prorſus hic excluſas, velimus; aut cabbaliſtis ebraicis; habet a ſpiritu ſancto, habet ex ſcriptis propheticis. Hoc ipſi, hoc euangelio, hoc vniuerſae religioni chriſtianae glorioſius, et ad fidem noſtram firmandam multo fortius eſt, quam ſi de humana et philoſophica myſtici nominis origine cogitemus.*

k) Paucos inueni, multis conſultis optimisque artis interpretandi praeceptoribus atque doctoribus, inter ſe collatis, qui, dum de vſu commentati ſunt, quem capere quis ex Rabbinorum aliorumque hominum profanorum laboribus poſſet, ſcripturam noſtram ſacram explicaturus, nobis illorum ſcripta propterea tantum atque prae omnibus commendaſſent, vt verior ſignificatus ipſe erueretur demum illorum ope. Si quid autem fuit, propter quod illorum lectionem non prorſus atque in omnibus iudicarunt, negligendam atque omittendam eſſe; illud, ni fallor, in eo poſitum inprimis fuit, vt *illuſtrare* quis erutum ſenſum

ſacram, quod tamen exſpectare debebat ab illa *l*). Cum quo connexum eſt *vltimum*, quod nemo facile comprobabit: SEMLERVM Cel. profanis ſcriptoribus illud, quod ſacris atque bibliis debebatur, id eſt, auctoritatem et fidem attribuiſſe longe maiorem *m*).

§. XXXXII.

Neque ſat circumſpecte egit.

Quis igitur, rebusque ſic habentibus ſeſe, eſt, qui credat, Cel. Virum circumſpecte ſatis atque, ſicuti par eſt et decet etiam Theologum, caute egiſſe in eo, quid φρασις: *ille daemonem habet*, ſibi voluerit aliquando, ex hominum profanorum et Rabbinorum monumentis atque ſcriptis eruendo?

ſum ex ſacra ſcriptura atque iſtis *adornare* imo atque interdum etiam *corroborare* poſſet. Vid. I. LAVR. MOSHEMIVS in *cogitationibus, de eo, quod iuſtum eſt, circa ſacr. litterarum ex Graecis et Latinis ſcriptoribus explicationem et emendationem, quae in obſeruationum eius ſacrarum et hiſtoricarum* lib. I. *exſtant*. I. FR. BVDDEVS in *Iſagoge* Lib. I. Cap. IV. pag. 118. ſeq. nec non Lib. II. Cap. VIII. pag. 1735. ſeq. et 1793. ſeq. Confer. CHRIST. WOLLIVS in locis, a nobis §. XL. et XII. *prioris Diſſ.* excitatis.

l) Melius HILARIVS. *Optimus*, enim inquit Lib. I. *de Trin.*, *ille ſcripturarum interpres eſt, qui dictorum intelligentiam exſpectat potius ex dictis, quam importat, et refert magis, quam affert, neque hoc cogit videri dictis contineri, quod ante lectionem praeſumſerat intelligendum.* Valebunt quid ſine dubio haec verba HILARII Cel. SEMLERO. Non, quod PFEIFFERVS *auream* vocauit regulam iſtam in *hermeneut. Sacr.* Cap. IV. §. XIII. pag. 91. ſed quia inprimis veteres commendat, atque legiſſe ſeſe patres noſter ipſe conteſtatur.

m) Repertus fuit, qui id inprimis faceret, IOAN. TOLANDVS, in *originibus iudaicis*, qui vnius STRABONIS, aut alterius cuiusuis e numero gentilium ſcriptoris narrationem Moſaicae praeferre impudentiſſime auſus eſt, ſuo olim merito caſtigatus a ven. I. FR. BVDDEO, in *programmat. de origine gentis ebraeae contra* I. TOLANDVM, quod exſtat in *ſyntagmat. diſſ. theol.* pag. 714. Nimis etiam praecipitanter egit IOAN. CLERICVS, *art. crit.* part. I. Cap. IV. pag. 92. quum HERODOTI narrationem non ſolum ſcripturae ſacrae anteferre, ſed hanc etiam ad illam componere audet. Rem vero, quam talis

endo? Adſpice enim leges, ecce modum profana et rabbinica fide cautius mercandi (praeſcripſerunt autem illum religioſiſſimi artis interpretandi doctores,): et tunc iudicium tuum ſit, lector! quale et quodnam ex ante dictis facere de Viro Cel. velis. *Prima*, quam legi, ſequens erat: *In ſpecie interpres ſcripturae caute legat commentaria Heterodoxorum,*

talis fides auctoritasque maior producit, ſcriptoribus profanis attributa, ERASMVS ROTERODAMVS more ſuo, id eſt, breuiter et acute his dedit inprimis verbis: *Vnus*, inquit, *ſcrupulus habet animum meum, ne ſub obtentu priscae litteraturae caput erigere tentet paganismus.* Confer. IO. IAC. RAMBACHIVS *Loc. cit.* Lib. III. Cap. VII. §. I. N. I. pag. 555. ſeq.

Ne vero quis credat, iniuriam fieri Viro Cel. in hac cauſſa: dicas, ſi *diſſertationem* ipſius vidiſti, quam ſcripſit *de Daemoniacis*, *quorum in euangeliis fit mentio*, nobis, obſecro atque quaeſo, quid Vir Cel. prius compellauerit, quid potius et magis clamitauerit, vel dicas, quorum fidem ſaepius implorauerit; ſi a ſcriptoribus profanis diſcedas, ſi teſtimonium non Rabbinorum reſpiciatur? Parum profecto abfuit, quin iuſſerit illis immolari, quin coli illos et inuocari! Reſpicit illud Theologus Halenſis, quod nobis in hac cauſſa ſolidiſſimi optimique commendarunt ſcriptores: vtitur, inquam, bibliis, ſed falleris, ſi illud credis *inprimis* factum eſſe. Adpendicula huius cauſſae illud, quod nobis ex Euangeliſtis recenſebat de obſeſſis, omne potius erat, id eſt, praemiſſis iis, quae homines de daemoniacis, maxime autem profani ſcriptores crediderunt atque illorum commentatores, illud tandem aliquando, leuiter tamen et breuiter pauciſſimisque paginis attingit, quod ſpiritus ipſe diuinior de illis hominibus reuelauit. Et quod eſt illis ſimile, in quibus noſtra diſputatio ſemper inuita verſatur, illud, (vix autem credes, ſi non ipſe vidiſti,) in eo conſiſtit, quod tantum abeſt, vt iſtis in pauciſſimis paginis colligat SEMLERVS Cel. ex ſacra ſcriptura, quid ſibi velit, ſi agit de hominibus, daemonem habentibus, vt ſenſus, quem tribuit formulae huic loquendi, neutiquam ſequatur, niſi quo demum per profanorum hominum, vel ſi SEMLERO Cel. multum concedatur, per Iudaeorum atque ſcriptorum Talmudicorum oracula atque effata torqueatur. Veniant exempla rei. *Marci I*, 28. inquit SEMLERVS Cel. *homo erat in ſpiritu immundo; hebraismum hic nemo non agnoſcit; pro quo Lucas* 4, 33. *habens ſpiritum daemonii immundi, quae eſt hebraica deſcriptio inſanientis et damna lubenter illaturi, ſicut de Saule,*

doxorum, qui ſuis litigare praeſumuntur hypotheſibus, ne toxicum arripiat pro alexipharmaco. Altera, quae ſequitur, hoc inculcat: *ne nimium ab interpretibus Rabbinis tribuatur, qui, quamuis ad intelligentiam vocum et phraſium Ebraearum, ſeorſim ſumtarum, et ad cognitionem ſuorum rituum nonnihil conferant, in ipſa tamen explicatione ſacrorum oraculorum plerum-*

Saule, Rege, dicitur. Quemadmodum enim interpretanda eſt ea phraſis: homo eſt in ſpiritu; ſic et altera: daemonium eſt in eo, habet daemonium; iſta non infert, hominem υποστασιν *ſuam tantisper miſcuiſſe cum illa daemonis; ſic et haec non dicit, aliam* υποστασιν *in homine fuiſſe, ſed* κατα τι σχετικως, *ratione cauſſae et miniſterii maligni ſic dici ſolere, per quod homo a ſtatu ſanae in ſe aliosque mentis deiectus fuerit. Eadem phraſi Marcus vtitur C. 5, 2. homo in ſpiritu immundo, pro quo Lucas Cap. 8, 27. ſcribit, habens* δαιμονια, *ſicut Marcus ipſe v. 15.* εσχηκως, *qui habuerat,* τον λεγωνα, *Legionem dictum daemonium.* Eſſe in, *quod particula* ב *ſaepe prodit, ſignificat,* το δεινον, *multum et magnum* τεκμηριον *appoſiti praedicati. Eſt autem nondum ſatis explicatus hebraismus, cui nomen* רוח, πνευμα *inſeruit. Non licet mihi hic eſſe verboſo; igitur breuiſſimis tantum explicare audeo.* Πνευμα *eſt, generatim agitatio; principium et fons vitae, in homine a ſigno eius (flatus, halitus, ſpiritus,) deſignatus; inde* curtus flatu, *impotentis irae, quia ſpiritus per vehementiam crebrius ductus, indicat mutationem, determinationem nouam illius agitationis. Hinc fontem etiam actionum; ſuſcipiendorum a viuente conſiliorum et dirigendarum ad ea actionum; ſignificat ſtatum et vſum conſcientiae ſui et aliarum rerum, ad nos relatarum. Dicitur igitur* πνευμα ζωης, ζηλωσεως, πορνειας, πλανησεως, γνωσεως, σοφιας, Φοβ. *Haec omnia ſunt ex genere* accidentium. *Hinc, vt multorum loco vnum excitem auctorem,* de LAVNAY *in* remarques ſur la texte de la bible pag. 325. *ſcribit:* eſprit, pour paſſion, affection, Num. 5, 14. Iud. 9, 23. diſpoſition de volonte. Ieſ. 37, 7. Hoſ. 4, 12. 5, 4. Luc. 9, 55. *Deſcribunt igitur Hebraei hoc nomine ſaepe bonas malasque mentis conditiones, quatenus ſeſe exſerunt in actionibus hominis. Tale* πνευμα *et* רוח *Deus mittere dicitur, ſiue vltro hominem noua corporis mentisque praeſtantia augeat, ſiue contractam malefaciendo malignitatem permittat.* Πνευμα ακαθαρτον, *inuenio, (haud ſcio, an primus obſeruem,)*

plerumque nil ſani adferunt. Tertia vult, *ne intempeſtiue verbis ſpiritus ſancti vel inſpergat flosculos ſcriptorum ethnicorum,*

uem,) Zachar. 13, 2. ψευδοπροφητας, και πνευμα το ακαθαρτον εξαρω απο της γης. *Hinc audeo nouam lucem ſperare ad ea loca, quae de daemoniacis agunt.* Spiritus impurus *ſignificat* a) *impulſum, motionem mentis a cauſſa non domeſtica, ſed extrinſecus, vt nobis videtur, prouenientem; vnde etiam, mutationem conſcientiae rerum coniunctarum et noſtri ſtatus liberi per eam adhuc ad nos determinati; hinc homo* εν πνευματι, *facit et loquitur ea, quae a conſuetudine aut ſua, aut ab omni humana ſolita abhorrent. Hinc etiam* πνευμα *vocatur initium nouae rationis agendi in hominibus, per vim aliam, quam quae eſt hominis ipſius factum; per quam ſolita peccandi et ſiniſtre de rebus ad ſe relatis iudicandi conſuetudo, interrupta eſt. Pro vario gradu et impulſu illa Dei vis ſalubris, non nocens, hominem, prophetas, in exſtaſin rapit, etc. Contra ea, huiusmodi externa, noua vis peſtifera, hominem, a priſtinae conſcientiae ſtatu deiectum, impellit ad mala ſibi aliisque atrociter inferenda. Turbata enim ſerie ſolitorum ſentiendi finium, ſuccedit inuſitata agendi vehementia, quae par eſt et aequalis confuſioni omnium ſenſationum; quoque maior ſufficitur extrinſecus, auerſandorum nexus et multitudo, eo maior exiſtit auertendorum illorum impetus. Cumque hi homines, per externam vim impulſi, nil niſi terrores et metus ſentiant ingentes, quorum auctores daemones eſſe poſſe, ſi deus id velit, ſciebant: ex duratione quadam harum turbationum exſiſtit quaedam nouae ſpecies conſcientiae, vt daemonem ſibi intime, quarumque id ratione ſit, immiſtum nonnumquam ſciant; aut plures daemones, ſi ſuccedentem aut ſimultaneam diuerſitatem malignorum impulſuum diſtinguunt. Hinc iam patet, ratio narrandi illa, qua dicitur Ieſus allocutus eſſe daemonium, et illi imperaſſe, vt exeat; alibi vero, cum homine, non cum daemonio, loquutus eſſe. Nemo hinc elicere poteſt, diabolum in ipſo homine exſtitiſſe, licet homo eius rei ſibi conſcius eſſe videretur. Ieſus autem non poterat aliter loqui, quam vt hic hominis turbatus conſcientiae ſui ſtatus permittebat, cuius extrinſecus interruptam mutationum naturalium ſeriem hac ratione reſtituebat, ſi iam intelligeret, impedimentum et auctorem malignum a ſe remoueri. Arbitror, hic me hanc cauſſam et denominationem daemoniaci non nihil illuſtraſſe. Hic, quem in* impuro ſpiritu *eſſe, Iudaei dicunt, recedit a victu, a ſocietate hominum, quia interrumpitur ſolita, quae eum adhuc regebat, rerum cum eo coniunctarum notitia et ſcientia.* b) Impurus *autem ſignificat, harmoniam harum mutationum in euertendis et procul-*

corum, (quorum lectio ad cognitionem antiquorum rituum suo loco commendatur, ita tamen, vt ne quid nimis) vti GROTIO *et*

proculcandis legibus et iuribus, diuinitus ad homines sancitis; Βλασφημιας *multas et continuum studium barbaro et inaudito more grassandi. Hinc intelligi forte melius poterit, cur Iudaei coniungant criminationes istas, in Iesum,* Βλασφημειϛ, *et daemonium habes. Homines igitur omnes ita furentes, vt contra ius et fas diuinum et humanum aduersus se et alias semper agant, dicunt non solum esse in spiritu, in emotae mentis statu, sed etiam impuro spiritu. - - Hic adhuc illud obseruo, Marc. 1, 42. occurrere phrasin,* ἡ λεπρα απηλθεν, abiit lepra, *qua et Lucas 5, 13. vtitur; ex verbis igitur illis,* ἐξηλθον, εξηρχετο δαιμονια, *non conficitur, daemonia esse in homine* υφιϛαμενα. *Daemonium habere dicitur Iohannes, quia panem non edit, nec bibit vinum; seu quia solito victu et habitatione in vrbe non vteretur. Ergo non omnes habent daemonium, qui a Iudaeis habere daemonem seu malum spiritum in corpore, sine hac nostra notione, dicuntur; seu alia est huius vocabuli notio, quam quae secuta per secula et apud* Φιλοσοφωτερους *obtinet. - - De Beelzebube Marc. 3, 22. satis vero patet, Iesum ex* ὑποθεσει *Iudaeorum disputare; nec ad nos sancire pharisaeorum reperta et* παραδοσειϛ, *de rebus, ad religionem ex ipsorum arbitrio, pertinentibus. Illorum enim vniuersa tum religio ideo fuit falsa, inepta, indigna Deo, quia de daemonibus tales opiniones consecrauerant, quarum in vetere testamento fuit nulla auctoritas. Quae res confirmatur per illam parabolam, de spiritu immundo, (parabolam Belgae, Maldonatus et alii fatentur,) qui per loca arida circumit etc. Facile videmus, haec figmenta ex Vocabulo* ציים, *Ziim, quod habet notionem aridi, sicci, sensim collecta fuisse a Iudaeis posterioribus. Haec igitur demonstratio a Iesu necessario* κατ υποϛασιν *tantum informata est; ad conuincendos autem talia opinantes Iudaeos multum faciebat; atque huc praecipue pertinet Marci 4, 33. talibus multis parabolis loquebatur ad eos, ad plebem,* καθω §. VIIII. pag. 27. 28. seq. SEMLER. Diss. (§. XXXXI.). Litteris otioque mihi dato abuterer, si rei huius plura exscribere vellem tristissima exempla. Hoc autem potui a me non impetrare, vt prorsus silentio premeretur, talem interpretem SEMLERVM Cel. egisse, si vsus est Graecis interpretibus, quos adpellare τους LXX. solemus §. V. pag. 10. seq. SEMLER. *Dissert.* Et sic remediorum optimorum fata ibant.

et similibus in more positum talia coaceruare ad ostentandam πολυμαθειαν, *qua vero ratione scripturae non fax praefertur, sed nouae tenebrae et nebulae offunduntur* n). *Quarta* dicit: *ne fontes interpres limpidos Israelis e lacunis Theologiae scholasticae collutet* o). *Quinta* suadet: *Neque tantum cauere sibi debet scripturarum interpres ab aliis praua animi dispositione praeoccupatis, sed et ipse a praeconceptis opinionibus debet esse immunis. Sicut enim icterico omnia pallida sunt, ita opinionibus sinistris occupato omnia sinistra. E. gr. qui papaeis placitis est imbutus, illi omnia biblica oracula sunt papaea, vt lupo, illi in scholam misso, cui omnes litterae sonabant ouem* p). *Sexta* consilium hocce in se comprehendit: *Feliciter in scripturarum exegesi versatur ingenium, non sacram scripturam ad suos praeconceptos sensus inflectere, sed suum sensum scripturae submittere paratum* q). *Septima* regula, non omittenda, auctorem IOANNEM GVSSETIVM agnoscit: *His legibus atque conditionibus citari rabbinos, vt nobis a deceptione caueamus, optauerim. Primo adcurate atque religiose ponatur distinctio ista: hactenus sacra scriptura loquitur; haec scriptura de re proposita docet, nec quicquam amplius. Secundo loco referatur seorsim illud, quod, tacente scriptura, desumitur ex Rabbinicis chartis: hocque statuatur in triplici differentia. Pars, quae concordat, scripturis admittatur propter scripturas ipsas. Pars, quae scripturis aduersatur; ea non nisi atris notis inusta, et vt reiecta, compareat. Si quid denique supereſt, apud eos, quod sit* μεσον, *nec scripturis accommodatum, nec infestum stamen, nullo ali-*

n) AVG. PFEIFFERVS *in hermeneut. sacra* Cap. IIII. §. XII. p. 88-90. ille est, apud quem legi *tres* priores leges.

o) Qua de re confer. CALOVIVS *praeloqu. General. in biblia illustrat.* §. 8. quaest. 12.

p) Quo simili vtitur DANNHAVERVS *herm.* pag. 8. Confer. AVG. PFEIFFERVS *loc.* Cap. §. *cit.* pag. 90.

q) AVG. PFEIFFERVS *loc.* et Cap. *cit.* §. XIII. pag. 91.

unde iudicio falſitatis laborans: iſtud ſane linquatur in medio, eo nomine ac titulo, quod verum eſſe poſſit; et tamen interea nihil ei, tamquam fundamento, inaedificetur, quia falſum eſſe pariter poteſt r). *Octaua* iubet caueri, *ne vim et emphaſin ſacrarum vocum ex auctoribus profanis imminuamus potius et extenuemus, quam confirmemus* s). *Nona* conſilium CLERICI exhibet: *Non eſſe temere conferenda ethnicorum dicta cum ſacrorum ſcriptorum ſermone; quandoquidem ſaepe, vbi videntur eadem dicere, diuerſa proferunt* t). *Decimam* RAMBACHIVS dedit, ille religioſiſſimus pandectarum ſacrarum interpres olim: *Cauendum eſt, ne hiſtoriarum ſacrarum veſtigia in veterum poetarum fabulis et fictionibus nimia perſpicacia vbiuis indagemus.* Quem pium atque eundem auctorem etiam *vndecima* veneratur: *Cauendum, ne ſuperuacaneam operam ponamus in ſimilibus aliorum factis ex profanis auctoribus coaceruandis. Si enim ſunt eiusmodi facta, quae in communi hominum vita inter omnes gentes ſaepiſſime contingunt: nulla prorſus lux ſimilium factorum recenſione dicto accedit. Si vero ſint euentus ſingulares ac prodigioſi, in quibus praeſens ſummi numinis manus interceſſit: ſimilium euentuum enarratione, verendum eſt, ne pretium ſacrorum diminuatur, ſuamque illa exuant admirabilitatem* u). Vltimam nobis I. G. ZVR LINDEN ſuppeditauit: *Iſta cautio neceſſario eſt adiicienda, ne nimium indulgeamus ingenio, et ita argumentemur: haec vel illa vox apud profanos auctores hunc nonnumquam admittit ſignificatum, ergo propoſitio ſacra erit ex quodam vſu profano interpretanda, cum illa tamen non ex vna voce,*

r) in *praefat. commentarii linguae ebreae.* Latius hanc ſuam de Rabbinis ſententiam vir doctus declarat in *ternione controuerſiarum Iudaicarum.*

s) IO. IAC. RAMBACHIVS in *Inſtitut. hermeneut. ſacr.* Lib. III. Cap. VII. §. VII. Caut. V. pag. 583.

t) *Art. critic.* part. II. ſect. I. Cap. XV. pag. 303.

u) Illam *loc. et Cap. cit.* §. VIIII. Caut. III. pag. 597. hanc pag. 599. Caut. IIII. vide.

voce, ſed ex omnibus ideis coniunctis, et ex ſacro, ſi fieri poſſit, paralleliſmo debeat explicari x).

§. XXXXIII.

Ne vero nimium longi in rebus apertiſſimis videamur, reſtat locus, huic diſputationi vel maxime neceſſarius, de tota diſciplina, cui ſe tradidit auctor quidam et de analogia fidei, cum qua, ſi quid hermeneutice verum, adfirmauimus, illud conſpirare debere (§. V.). Summum, ad quod nunc venio, hoc habet criterium hermeneuticae veritatis pondus et auctoritatem, quam non adeptus eſt nuper demum, ſed a multis retro ſeculis, ipſa ratione, iudice, merito ſibi vindicauit *y*). *Progreſſus ſit ad analogiam fidei,*

x) *Tria*, ſi quid loquendi formula: *daemonem ille habet*, SEMLERO indicet Cel. ſupra dixi, generatim deſiderebantur. Fundamenta firmiora: modus ex illis colligendi melior: circumſpectio maior in vera huius Φρασεως ſignificatione indaganda (§. XXIIII.). Forte quibus probauimus argumentis, haec iure deſiderari hactenus in re et cauſſa Cel. SEMLERI, illa quandam lucem ab hisce verbis quoque accipiunt WOLLII, Deo nunc atque ſuo ſaluatori viuentis: *Poſſibiles*, enim inquit, *vocum ac phraſium N. T. notiones Hebraica etiam ſcripta ſuppeditant.* Sed non temere ac inconſulto iſtam Iudaicam ſiue hebraicam Φρασεολογιαν *in graeca N. T.* Φρασει *declaranda in auxilium vocandam eſſe, res ipſa loquitur. Neceſſe eſt, vt* 1) *ipſae res, contextum circumſtantes, eo ducant interpretem,* 2) *Iudaei ſint illi, quibuscum diuini loquuti ſunt homines; hi enim eam potuerunt intelligere* Φρασιν, 3) *pertineat haec ad hiſtoriam quamdam ac caeremoniam, vel etiam ad dogmatum ac illorum Theologiam Iudaicam, eamdemque vel puriorem antiquam, vel impuriorem Phariſaicam,* 4) *propoſitionum ſacrarum nexus proprior ac remotior cum cura ponderetur, antequam valeat ratio:* Φρασις *haec inter veteres Hebraeos vſitata fuit; ergo poteſt in hoc loco eadem, qua inter Hebraeos olim, valere poteſtate. E. hac re ipſa in hoc valet loco. Inprimis cauendum, ne ex antiqua dogmatum Theologia Iudaeorum impura viros diuinos loquutos, arbitretur interpres, ita nimirum, vt ſtatuat, opiniones Iudaeorum, a ſana doctrina remotas, homines adoptaſſe a Deo actos et eruditos.* Vid. §. X. Reg. VIIII. pag. 193. *Hermeneut. Nou. Foeder.*

y) IO. IAC. RAMBACHIVS Lib. II. Cap. I. §. IIII. pag. 91. ſeq. *Inſtitut. Hermeneut. ſacr.*

§. XXXXIIII.

quam Vir Cel. At negat RICHARDVS SIMON non tantum, hoc enim lumen saepe est SEMLERI Cel. (§. XXXIII.) quicquam analogiam fidei valere, dum illam ideo reiicit in nostra sacra scriptura interpretanda, *quod quaelibet secta sub eius praetextu suas defendere opiniones queat z*); sed dolent etiam nostri vehementer atque Theologi puriores rei, quam vocant analogiam fidei, turpissimum abusum *a*). Quasi SEMLERVS Cel. id semper atque in omnibus caussis curet, quod RICHARDVS agat aut neget: (§. XXII. et §. IIII.) nec Vir Cel. ipse praecaueat in dissertatione, ne τρωπω των υγιαινοντων λογων locisque, in quibus scriptura diuinior de angelis ex professo vel saltem ex omnium confessione rotundis atque perspicuis verbis egit, (in hoc autem consistit analogia fidei, ad quam in caussa obsessorum inprimis atque praecipue attendendum est nobis,) quaedam vis inferatur. *b*).

§. XXXXV.

quidem quoque iudicauit, in quadam tuendam esse interpretatione; Itaque Vir Cel. praeclare quidem fecit, quum et eorum memoriam tenuit virorum, qui quasi testamento nobis

z) Cap. XLVI. pag. 687. *Historiae critic. commentator. nou. test.*

a) IO. IACOB. RAMBACHIVS Lib. Cap. cit. §. VI. pag. 100. et §. VIIII. pag. 105. seq. Confer. AVG. PFEIFFERVS Cap. XII. §. IIII. *Hermeneut. sacr.* pag. 170.

b) Hinc ergo lacrymae Theologorum, quod, qui hac lege abusi sunt sanae interpretationis, illi ex suis potius compendiis, non raro grauissimis erroribus refertis, quam ex scriptura ipsa hauriant, vel suas opiniones praeconceptas, aut sectae, cui se olim tradiderunt hypotheses in analogiam fidei confundant. Hinc factum est saepissime, vt scriptura humanis opinionibus, quasi pes calceo, aptetur; si talem quidam adnisi sunt interpretationem scripturae adferre, quae eam, quam sibi ipsimet formarunt, analogiam fidei, non prorsus atque omnino dissoluebat. IO. IAC. RAMBACHIVS Loc. cit. pag. 106. Vt nihil dicamus de pontificiorum *circulo*, qui interrogati, vnde probas, hunc esse scriptu-

rae

nobis commendarunt *c*) κατα την αναλογιαν της πιστεως προφητειας, instituendas *d*). Sed tales nos sumus, qui, si vlla id efficere possumus ratione, eiusmodi suis consilia euentis ponderamus, ex quibus, quod quidem SEMLERVS Cel. in hac caussa cepit consilium optimum, illud vix credo, satis probari posse. Ne totam enim de angelis doctrinam suis de daemoniacis cogitatis euertere videretur SEMLERVS Cel. grauissimam et verbis scripturae sacrae perspicuis omnibusque exceptione maioribus comprobatam *e*); talia, quae trahi

rae sensum? respondent: quia ecclesia credit; rursusque interrogati: cur ecclesia credit? reponunt, quia scriptura adfirmat, de quo legi meretur CALIXTI *dissertatio de pontificiorum circulo.*

c) Rom. XII, 6. Non patres iam commemoro ecclesiae nostrae, quosque SEMLERVS Cel. inprimis veneratur, analogiam fidei in sacrae scripturae interpretatione vbique inculcantes. Interim IRENAEVS, lib. I. Cap. I. AVGVSTINVS, *de doctrina Christiana*, lib. III. Cap. II. legantur.

d) Ex variis, quae colligi possent, exemplis atque documentis, puriorem de daemonibus doctrinam SEMLERO Cel. quoque curae atque cordi fuisse, praeter ea, quibus statim et quasi ab initio dissertationis §. II. sedulo deprecari voluit calumniandi occasionem, haec verba, quae sequuntur, inprimis sunto: *Iudaei et Graeci opinionibus de daemonibus seque et alios impleuerant; Sadducaei daemonum maleficia non solum, sed et angelos bonos ministros negabant: vtrique de errore pestifero, illi superstitionis, hi mechanismi fatalis conuincendi erant. - Plerique omnes iusto amplius de malorum spirituum imperio statuebant; quidam alii iusto opinabantur minus, religionis rationes et adiumenta alia cuncta reiicientes, nisi quae ab vnoquoque pro suarum rerum conditione diuersa vltro reperiri solerent. Vterque hic mentis error bonam religionem iniuria aequali publice euertit* §. XI. pag. 38. et 39. *Diss.* conf. pag. 5. et 6. *Prooem. dissert. nostr.* Vt igitur opinor ego quidem, Cel. Vir a se ipso redarguitur, si inter *locum dogmaticum* distinguit, quem etiam *theologicum* vocauit, et inter *hermeneuticam tantum*, quam hic instituit, scriptionem. Confer. §. V. diss. Sed forte credidit, sese liberius de obsessis nunc scribere atque cogitare posse.

e) Frustra quemdam quaeris, qui nostris ex Theologis huius doctrinae grauitatem melius solidiusque BAVMGARTENIO demonstrarit. Itaque lege, quae Vir, de nostra religione meritissimus, *in der Dogmatischen Gottesgelahrheit* de angelis praecepit.

trahi huc possunt, proferuntur: *Ex quibusdam autem exemplis adparere potest, nonnumquam re ipsa ita fuisse, et per inusitatam aliquam operationem spiritus mali hominum quorundam eo tempore valetudinem insigniter et pertinaciter impeditam fuisse: - - Quasdam tamen historias, patet ex varia* Θεοπνευστων *narratione, ita comparatas esse, vt facile apparere lectoribus quibusdam, non cunctis omnium temporum possit, interceſſisse aliquod antea inusitatum operationum genus ad vehementer turbandam et peruertendam corporis mentisque sanitatem: - - Plane autem non constare, vtrum tales mutationes ab insidente corpus humanum* καθ υποστασιν *daemone; potius id alterum, quod ab eius operatione externa deriuandae sint: - - Superest adhuc illud, vt efficiam, hanc determinationem morborum cum furore in alios coniunctorum quorumdam ortum, qui ad daemoniacas operationes refertur, in sacris quibusdam narrationibus suppeditari videri: quoniam a quibusdam interpretibus huius generis origo inaudita, omnino negatur. Sed rem hic ipsam specto, de qua ita sentio: narrationes quasdam Euangeliorum id secum ferre posse, pro ratione lectorum. Caeterum ipse vltro fateor, ipsi rei christianae, (quae a recta de Christo sententia, non vero simul a diaboli quodam huius indolis ministerio, ad nos hodie pendet,) decedere nihil, si maxime nihil diabolici hic statuatur f).*

§. XXXXVI.

Sed laedi illam obsessis SEMLERIANIS: hoc tam ex Verbis ipsis Cel. SEMLERI,

Quis vero, si vel breuiter haec verba oculisque quasi fugacibus contemplatur, certe non saltem videt *scepticismum*, ad quem in causſa angelorum aditus hic patet et praeparatur amplissimus; si illam, non credas, plane desertam atque derelictam fuisse? Si *quaedam* quis *tantum exempla* illa, si *quasdam* quis *historias* considerat atque *narrationes*, quas

f) §. VIII. pag. 34. 35. §. X. pag. 36. §. XI. pag. 37. 38. *dissertat.* SEMLER.

quas largitur modo: si *adparere potest*, vel το *secum ferre posse* suo quis animo volutat: si pergit ad *nonnumquam illud* SEMLERI Cel.: si addit et perpendit, ex omnibus illis oraculis, in quibus de obsessis egit spiritus diuinior, SEMLERO Cel. *plane non constare, vtrum insederit* καθ' υποστασιν *vmquam daemon quidam corpus humanum?* si porro quis sumit illos *quosdam lectores, quibus facile tales adparere possent daemones*, quos Theologi quidem nostri credunt; et meminit, hos tales plerumque Viro Cel. fuisse, *qui ad nos nil, nisi noua terriculamenta deriuant; ad ipsam vero rem Christianam ineptias et turpem insaniam tamquam saluberrimum et Deo dignissimum fructum referunt, vltro et superstitiose cum ineptis Iudaeis et Graecis olim magistris dominium augent atque proferunt, sacrae theologiae imagine abutuntur, rem defendunt inauditam, de qua tamen in sacris litteris clarum documentum et aperta praeceptio Dei nullibi exstet, in sacrae scripturae locum augustum incertas opinationes et instabiles conclusionum imagines euehunt g), funesto quodam et quasi sacro impetu agunt, diabolum et daemones amant, quam se aliosque homines magis h) etc.* si insuper quoque ad hoc quis forte attendit, quod Vir Cel. *videri*, tantum adfirmauerit, *ortum morborum quorundam, qui ad daemoniacas operationes refertur, in quibusdam sacris narrationibus suppeditari*: si tandem quis in verba incidit Cel. Viri, quorum adspectu vel posteri omnes obstupescent, *ceterum*, dicentis, *ipse vltro fateor, ipsi rei christianae decedere nihil, si maxime nihil diabolici in omnibus statuatur Euangelistarum narrationibus*: quid, quaeso, dicas, si quaedam tantum potestas tibi data est concludendi atque diiudicandi, ille colligere aliud sane poterit, quam, si, SEMLERVM ipsum Cel., non credat, de angelis eorumque in mundo praesentia generatim atque omnino dubitare, certe coniiciet, alios eo adduci facile posse, vt haereant, et, quo se

g) pag. 12. et 13. *Prooem. nostr. I. diss.*

h) §. XI. pag. 38. (28.) *Dissert.* SEMLERI.

se vertant, in tota cauſſa, quae daemones ſpectat, nihil habeant certi, ſed anhelent demum *i*)?

§. XLVII.

i) Haud me IO. CHR. COLERI verba fugiunt, *in der auſerleſ. theolog. Bibliothec* T. XVII. pag. 413. ſeq. de Lib. I. IO. LAVR. MOSHEMII *cogitationum in noui foederis loca ſelectiora*, dicentis: *Der Scepticismus exegeticus iſt ohnſtreitig etwas ſehr ſchlimmes.* At ſcio quoque, hic illud, quod ſibimet ipſe reſpondit COLERVS, quodam modo valere poſſe. Quapropter etiam nos, quemadmodum ille, hic regerimus: *Aber man ſage mir, wie weit dieſe Art der Erklährung davon entfernet ſey?* Crebrius forte, quam cogites, ad Immortalem MOSHEMIVM retuli animum meum, grauiſſime hanc accuſationem ferentem, *atroxque ſane in notia ſcriptorum a ſe editorum* pag. 62. ſeq. dicentem, *cum hoc ſit crimen, quo nullum poteſt grauius theologo obiici, eum ſcepticismo exegetico fauere etc.* At ſaepe etiam duo valde et quaſi exoptaſſem; ne illa in explicatione SEMLERI Cel. vidiſſem. *Primum* ſi quaeris, verba MOSHEMII ipſa ſunt, ſupra repetita, tali, quam dedit SEMLERVS, de daemoniacis notione non tantum cauſſam angelorum, ſed multas res etiam alias minime dubias atque ad verum Dei cultum neceſſario pertinentes, controuerſas atque dubias fieri (§. XXXI pag. 51. ſeq. Not.). Merentur etiam RAMBACHII cogitata, vt verbis IO. LAVR. MOSHEMII conferantur. Et hic, quae tollit exegeſis Cel. Viri in analogia fidei, viuis, vt aiunt, coloribus omnia depinguntur §. cit. lit. *n*) pag. 50.). *Alterum*, quod optandum erat, vt numquam obſeruaſſem in Viri Cel. cogitatis, ſigna ſunt primariaeque cauſſae, quae ſcepticismi hermeneutici dantur. Si enim quis ad ante dicta attendat nobiscum animum ſuum; haec, nobis concedet, inprimis conuenire in Viri Cel. explicationem ex aliis multis, quae IOACH. IVST. RAV in *Comment.* de *Pyrrhonismo hermeneutico, in ſacris angue peius cauendo*, ſuppeditauit. Primo ſigna ſcepticismi hermeneutici et cogitata SEMLERIANA inter ſe paulumper conferantur: *α) Alii lucem inferre ſibi videntur paginis ſacris recenſendo varias doctorum ſententias. Quilibet ſuam diligentiſſime commendat. Lector, quando videt tantopere in diuerſum abire interpretes, vt ſaepe alter alteri plane contradicat, aut ridet, aut ſtupet, et niſi animum virilem ac probe munitum ſecum adferat, facile ſibi perſuadet, incerta eſſe omnia, aut veritatem in puteo latere, vnde excitari nequeat β). Alii inter παραδοξοφίλας nomen ſuum profitentur, ſuique cerebellii ſomniis ac portentis exegeticis verbum diuinum ornare, aut, ſi mauis, onerare audent. Veluis noua et inaudita ſe reperiſſe iactant, ſuis-*

que

§. XLVII.

Deinde etiam hoc didicimus a Dialecticis atque philosophis noſtris: *rei cuiusdam veritatem poſitam inprimis eſſe* *quam etiam ex fundamentis in Cel. Viri*

que ſimul abſurdis hypotheſibus mirum quantum indulgent. Hi quoque veritatis oſoribus arma praebent, quibus fidem ſapientiſſimi verbi labefactare poſſunt, quando vident, bibliorum interpretes, vanam gloriam aucupaturos, prout ſua quemque trahit voluptas, ſomniare, nec, quae ſponte fluunt, captare, ſed quemlibet id arripere, quod cum ſuis receptis opinionibus praeiudicatis quam optime conuenit. Imo quod longe peius eſt, γ) *ſunt, qui effatis Dei nitorem ſuum reſtituere, a falſis eadem explicationibus vindicare, et quae contemtorum ludibrio, atheorum ſannis ac deriſui ab interpretibus expoſita ſunt, emendare ſatagunt, ſed ita hanc ſpartam ornant, vt contrarium ipſis conſtitutum fuiſſe, haud obſcure prodant.* δ) *Cautius alii et venuſtius incedunt, ſaltim diuinationes ſcribunt, ſeque coniecturis ingenioſis verbo ſpiritus ſancti lucem accendere velle pollicentur. Prae ſe ferunt recti bonique ſtudium magnopere, nec ſpernenda hinc inde obſervant, cuncta autem dum aut ſuſpicionibus, longe petitis, illuſtrare ſatius ducunt, aut fictionibus, ſpecioſis illis quidem non numquam, ſed cunctis expenſis, ineptis prorſus ac inficetis, implent, lectorem valde faciunt dubium. Euaneſcit robur et ſoliditati, etiamſi forte praeter intentionem, non parum illi nocent. Lector facile coniicit, fidem diuinorum oraculorum niti coniecturis. Videbis enim, ad incerta et dubia colore aliquo veri commendanda non incertiora tantum multo, ſed falſa etiam idemtidem adſumi.* ε) *Alii dubia vexata diſſoluere, tenebras diſcutere, nodos ſecare, ſua intereſſe, putant. Cumulant dubia loca praeter neceſſitatem, nodos in ſcirpo quaerunt, et litigioſis diſputationibus luci quoque clariſſimae offundunt nebulas. Plurima commata, etiamſi aliquid negotii faceſſant interpreti, longe tamen expeditu eſſent faciliora, ſi quibus hoc datum eſt negotii, vt ea explicent, ex dubiis et obſcuris non facerent obſcuriora; quod vitium itidem praecipue arteſſitur ab immodico ſtudio propugnandarum hypotheſium, ſaepe per errorem adſcitarum, tum a pruritu et peruerſo ſtudio oſtentandae eruditionis.* ζ) *Multi, munere ſuo rectiſſime ſe perfungi, exiſtimant, ſi in explicandis litteris ſanctioribus nihil aliud crepent, quam oracula ſua profana. Vbi mens ſpiritus demonſtranda, confugiunt ad aduerſaria, et loco ſatisfieri putant adſcriptis verbis: en ſimilem loquutionem apud* LVCIANVM, *nec diſſentit* POLYBIVS. *In eandem ſententiam locum vide apud* PLVTARCHVM, ARISTOTELEM, *et ſic porro. Omnibus*

in illis eorumque veritate, quae quis ad concludendam illam rem ſumſit. Quam late igitur horum veritas patet, tam longe res

bus cognitis dicendum eſt: feciſti probe, multo ſum, quam ante, incertior. η) *Nonnulli in criticorum caſtra tranſeunt, ſibique idem in codicem ſacrum, quod in* PLAVTI *et* ARISTOPHANIS *comoedias lucere putant. Nemo felicius fidem ſcripturae ſuſpectam reddere poteſt, imo penitus tollere, quam qui orationem eius addendo, delendo, transponendo fingit atque refingit pro lubitu* pag. 6-8. *Prolegom.* cit. *commentat.* Ex cauſſis huc pertinere ſequentes pyrrhonismi hermeneutici videntur: *Interim omnino negari nequit, ſexto loco ſcepticis dare materiam explodendi certitudinem ſacrarum litterarum, qui magnorum in eccleſia luminum adfectant gloriam, et iis deſtituti hermeneuticis praeſidiis, quibus ornatos illos vtique eſſe, eccleſiae et veritatis multum intererat. Quando ſuae mentis perſpicaciae cuncta tribuunt, alto alios ſupercilio temnunt, ex ſuo ingenio limites terminosque ſenſui ſtatuunt, ſuaque cogitata pro talibus venditant, quae omne punctum ferant, tunc ita illos loqui videmus: hic fallitur, ſic ille ſentit, ego autem ſtatuo; quando illis ita, ſi ſaperent, dicendum erat: vt caute in inueſtigando ſenſu et circumſpecte incedamus, abeſſe volumus, quae ex foecundo ſolent naſci ingenio ſpecioſa commenta, iis inhaerentes mordicus, quae nos iubet naturalis et legitima, quae hoc negotium dirigit, methodus. Tum demum poterant modeſte moneri, qui inconſiderate deſtrunt mandata legum naturalium et prudentiae. Quando ita rem exigimus, non ſolum omnis elabendi occaſio ſcepticis amputatur, verum etiam ingentes et futiles euitamus errores, quos vana illa ſolet de proprio acumine perſuaſio progignere, vt tutius ſit et commendatius, ſi alterum ſequi velit quispiam, celebrium hominum niti auctoritatibus, quam proprio ingenio laxare habenas. - Turpiorem operae ſuae, quod ſeptimo loco obſeruo, adſpergunt maculam, et ſerio ſtatuere eos reuelationis demonſtrabilem apodixin, ſcepticus numquam ſibi perſuadet, qui, quod rectum et pulchrum circa euoluendum ſcripturae ſenſum didicerunt probe, neque vero obſeruant, ſed in alia omnia abeunt, et quidquid aliunde cognitis priuatis arriſerit hypotheſibus, prehendunt auidi. Magnum inde patitur fides hermeneutica detrimentum, et valde eſt exiguum imo fallax, quod ab horum curis et commentariis res ſacra accipit, emolumentum. Alii eorum collectanea video vndique conuectare et ſtudium exegeſeos in eam detrudere conditionem, vt ad certum ſenſum explorandum vel potius diuinandum, immenſam librorum copiam conſulere, iisque conſultis vel tunc haeſitare opus ſit. Nimirum hi dum per longos anfractus et curricula ſuſpecta obtineri iubent, quod adhibitis planis regulis hermeneuti-*

cis

res quoque concluſa patebit k). Quae quanto notiora erant, tanto magis mihi quoque valebunt ad id in lucem proferendum, quod turbat ſuis SEMLERVS obſeſſis dubiumque reddit in tota της πιστεως αναλογια. Ex illis enim *quibusdam hiſtoriis atque exemplis, ex quibus adparere poteſt, nonnumquam re ipſa ita fuiſſe, et per muſitatam aliquam operationem ſpiritus mali hominum quorundam eo tempore valetudinem inſigniter et pertinaciter impeditam fuiſſe* (§. XLVI. XLV.) ex illis, inquam, Matth. 17, 15. inprimis producitur atque citatur l). Quis vero videt, Cel. Virum de angelis malisque

 ſpiri-

eis multo poterat citius et certius inueniri, eorum opinioni conciliant decus, qui totam de ſenſu ſcripturae diſceptationem in vanam et numquam finiendam abire concertationem doctorum iactitant. Alii, vbi de ſenſu vero demonſtrando eſt controuerſia, de eo euincendo et firmando parum ſolliciti, nihil agunt aliud, quam vt quae ad theologiam polemicam aut moralem et aſceticam faciunt, largiori manu adfundant, quae tamen ſtocci fieri a ſcepticis ignorari non poteſt, donec indubius verbi ſenſus ex indubiis praeceptis deriuetur ac definiatur. Docere enim velle, quid credendum, quid omittendum, et principiorum non ſuſtuliſſe ambiguitatem, id vero ſine veritatis iactura, magno praeterea temporis et laboris diſpendio fieri nequit, et ſunt leuiſſima, quae inde ad humanum genus redundant, commoda. – Nec poſſum denique ſicco praeterire pede eorum mores, qui de induſtria explicationem raram prorſus ac ſingularem ſeligunt, quae regulis candidiſſimis indubiae interpretationis repugnet, modo videatur ipſis fidei, quam ſequuntur, analogiae non aduerſa. Hos cur Scepticus pro ſua reputet cauſſa pugnare, nihil omnino obſtat. Quid enim? ſi ſenſus alius poteſt eſſe verus, qui normam naturalium legum reſpuit, nonne de harum ſufficientia iure dubitabit et vel inde decernet, nonnullos ſaltim dicis cauſſa eas tantopere in coelum tollere? §. XVII. XVIII. XVIIII. pag. 52 – 56. citat. commentat. Tandem recordor horum quoque PFEIFFERI verborum, quae mihi quis opponere poſſet: *Scepticismo ſiue pyrrhonismo*, dicentis, *nimis facile quiduis admittitur*, Cap. IIII. §. XIII. pag. 91. *Hermeneut. ſacra.* Sed dicas, quid exinde amplius efficiatur, ſi ab hoc diſcedas, quod, quia non contrarium eſt nobis, libenter concedo: gloriam illum interpretem ſuam amplificare et multiplicare, qui ſua ſcepticismum prudentia vitauit?

k) Illuſtr. DARIES §. LXVI. Sch. et §. CCLXXIIII. *Viae inueniendi.*

l) *Haec*, enim inquit §. VIIII. pag. 34. Diſſ. *remedium* (τουτο το γενος non

ſpiritibus ideo magnopere non pugnare, nec, quicquid de illis praecipitur, in controuerſiam omne vocare, vt dixerit quid tantum, ne dicam, ne criminis quid aut inuidiae ſubiret? Quum *enim olim plurimi falſo credere potuerint, obſeſſos a Daemone atque a ſpiritu quodam, qui numquam homo fuit, maligno turbari*: cur idem fieri hic non potuit praecipue atque praeciſe? Quum *vel diſcipuli ipſi ſanctiſſimi ſaluatoris falſas tenuerint opiniones, a quibus eos Jeſus non auocarit*: cur Chriſti ſapientia fieri non potuit, vt pater quoque huius ſanandi filii aliquod tempus manſerit in hac et tali falſa opinione? Quum *Ieſus et eius diſcipuli eius temporis hominum tantum aliorum praecipue Iudaeorum ad Ieſum inclinandorum cauſſa fuerint loquuti; ideoque phraſin hanc vulgatam*: εχει πνευμα, *ſeruauerint, vt ab hominibus miraculorum magnitudo eo magis cognoſceretur, ſi etiam ad atrociſſimas, quas opinabantur, res pertinebat, et quidem ſine herbarum et aliarum rerum miniſterio:* quum pater huius filii aegroti illis adnumerandus et accenſendus quoque eſſet, qui pleni opinionum de daemonibus

non exit ει μη εν προσευχη και νηστεια) *morbo, ex vitio naturali orto, non omnino conuenit; contingit enim vt piiſſimi parentes infantes debiles et vitioſos pariant et habeant. Eſt igitur aduerſus vim daemonis maligni, tum temporis, ex Dei iuſſu et conſilio, corporea mala hominibus quibusdam inferre viſi; et per Iudaeorum caerimonias vulgares non auerruncandi.* Clarius Vir hac de cauſſa loquitur Cel. *in der Abfertigung der neuen Geiſter und alten Jrtümer* §. 27. pag. 267. et 268. hisce quidem verbis, Matth. Cap. 17, 15. *folg. halte ich für eine wirkliche Einwirckung des Teufels in den Cörper; der Vater hat ſich daher an die Jünger Ieſu gewendet, weil dergleichen ungewöhnliche Veränderungen, als er an ſeinem Sohne bemerkte, nicht gemeiner Art und andern Juden und Beſchwörern nicht unterworfen waren; Chriſtus ſagt auch daher:* τουτο το γενος των δαιμονιων, *weichet nicht, gehet nicht aus, durch dieſe oder jene heftige Sinnlichkeit, die man ſonſt anwendet, wenn Leute blos natürliche Fehler in ihrer EinbildungsKraft haben, die ihr* δαιμονια *zeither nennet, ſondern durch Gebet und Faſten; welcher Satz es klar macht, daß Chriſtus ſelbſt dies nicht für gemeine Krankheit ausgegeben, die man nur aus gewonter Einbildung* δαιμονιον *zu nennen pflege.*

bus erant, qui παραδοσεις et alios sequebantur; quorumque ad Iesum atque fidem inclinandorum caussa loquebantur Iesus et Apostoli ipsius: quid impedit, quo minus quis, duce, SEMLERO Cel. et hic, defendat et credat, saluatorem tantum ex παραδοσει loquutum fuisse? *Cur hic profecto ita agere licebat, vt Iesus occlamaret, stultus es pater! temet ipsum decipis, nullum πνευμα tuum filium vexat, cuius quotidianae operationes inscitiae, superstitioni tantum deputari debent; morbo tuus filius ingenti laborat, naturali tamen? Cur non, omissa et hic illa disputatione, vtrum omnino verum sit, quod pater sibi scire videbatur, Iesus dicendus est, ipsum hoc παθος sustulisse et sic re docuisse ipsa, nullam exstitisse tum πνευματος vim in filium huius patris, in moerore versantis? Quum εχει πνευμα alias non indicet: diabolus in ipso homine καθ υποστασιν existit, vt turbet atque impediat illum*; quid praecipit et efficit, vt hic inprimis illud inuoluat? Quum, *εχει πνευμα in aliis locis significet: facit, quae a consuetudine aut sua aut ab omni humana solita abhorrent*: cur, *εχει πνευμα αλαλον*, non inuoluat: facit, quae ab omni abhorrent consuetudine, ita tamen, vt nil, dum facit illa omnia, loquatur, mutus quasi existat, quod, quum loquerentur ceteri, qui spiritum habebant quemdam, praecipuum hic quoddam atque peculiare forte erat? Quum *multa atque alia, quae morbo, ex vitio quodam naturali orto, omnino conuenirent, animae efficere mortuorum potuerint*: cur vires atque potestatem illarum superarint ea, quae hic inprimis recensentur? Accedit, ipso SEMLERO Cel., teste, *hanc historiam ita comparatam esse, vt non cunctis omnium temporum adparere lectoribus potuerit, hic intercessisse re vera aliquod antea inusitatum operationum genus ad vehementer turbandam et peruertendam corporis mentisque sanitatem* (§. XLV.). Quid multa? quum clarum sit, nonnullos exstitisse, qui ope principiorum, quae Viro Cel. adriserunt, hominem comminiscebantur, aut meram cogitabant ideam seu visionem et sic clarissimae scripturae diuinioris litterae, trium Evangelistarum vnanimi consensu comprobatae,

batae, fidem denegabant, tum *Ieſus ſubductus fuit in deſertum a ſpiritu, vt υπο τȣ διαβολȣ tentaretur* m)! Et ſic vis atque poteſtas omnium effatorum, in quibus noſtri vere αγγελȣς atque δαιμονας deprehendunt, infringi et ſaltem labefactari poteſt ope principiorum, quibus vſus eſt SEMLERVS Cel. ad ſuos daemoniacos, quos ipſe inuenit, obtinendos. Itaque haec leuiſſima fuit SEMLERO Cel. armatura contra tantam et illam, in quam analogiam fidei ſuis adduxit daemoniacis ſuſpicionem.

§. XLVIII.

atque ex exemplis aliorum patet

Quemadmodum tandem BECKERVS olim a ſe non poterat omnem dimouere ſuſpicionem, in quam de angelis omnibus atque de daemonibus generatim vocabatur, et, licet multis verbis et ſaepe adfirmauerit, ſe non in dubium totam vocare doctrinam, quam de daemonibus noſtri in ſacris litteris deprehenderunt; tamen a piis atque aequiſſimis Theologis credebatur, *angelorum exiſtentiam tecte et per cuniculos quaſi ſubuertere ſtudere* n); ſic etiam SEMLERVM Cel. nemo abſoluet propterea omni, quam ſibi ſuis obſeſſis conciliauit, ſuſpicione; quod quaedam nobis conceſſerit exempla, *ex quibus apparere et id quidem non cunctis omnium temporum poſſet, quibusdam tantum, non numquam re ipſa ita fuiſſe, et per inuiſitatam aliquam operationem ſpiritus mali hominum quorundam*

m) Ita poſt veteres nonnullos iſta eſt interpretatus, vel potius detorſit, BALTH. BECKER *in Orb. faſc.* Lib. II. Cap. II. §. II. Conf. CLERICVS ad HAMMONDVM. Magiſtrum hi ſequuntur, ſaltem praeeuntem, habent, CELSVM, illum hominem paganum et vaferrimum religionis Chriſtianae aduerſarium, qui ſimili fere modo luſit in tentationis Chriſti hiſtoria, vt nos docuit ORIGENES *contra* CELSVM Lib. IIII. pag. 303. ed. SPENCER. Conf. OSIANDER *Syſtem. Theol.* part. II. art. 79. pag. 414. ſeq.

n) *Exiſtentiam* BEKKERVS in *de betouerte* WERELT l. 2. Cap. 8. §. §. 24. pag. 47. et c. 9. §. 1. pag. 51. *aliique aduerſarii* concedere videntur, quamuis Dn. BENTHEMB *im holländiſchen Kirchen-Staat* part. 2. cap. 2. §. 5. 8. pag. 113. contrarium ferme de BEKKERO teſtetur his

dam eo tempore valetudinem insigniter et pertinaciter impeditam fuisse (§. XLV. et XLVI.). Neque quid valebit, si vel in censum veniant haecce SEMLERI Cel. concessa: *Malum*, dicentis, *diaboli et angelorum malorum ingenium, iniquitatem, in dei beneficium studium, inuidiam in hominum felicitatem, Iesus non vno loco confirmauit. Idem faciunt Apostoli; diaboli et daemonum malum ingenium in peruertendis dei consiliis describunt, homines ab illa societate auersarum a Deo et eius consiliis voluntatum auocant* o). Non iam commemoro, id positum esse in more virorum grauissimorum, vt, eos negare, crediderint et docuerint etiam, omnes δαιμονας, *qui*, vti SEMLERVS Cel. fecit, *spiritus malignos non vere esse* υφισαμενα, *sed vitiosas carnis cogitationes, malosque adfectus vel alia etiam iudicia Dei iusta* p) (§. XLI. not. m).

§. XXXXVIIII.

his verbis: *Einige meinen, daß dieser Doctor würde weiter gangen seyn, wenn man nicht also bey Zeiten einen Ernst gebraucht hætte. Und ist merklich, daß, ob er schon mit Worten bekennet einen Teufel zu glauben, dennoch ihm solches nicht wohl von Herzen gehen kan, in Betracht, daß er lehret, aus dem Licht der Natur kœnne nicht erwiesen werden, daß ein Teufel sey, und doch dabey die helleſten Oerter der Schrift, welche von dem Teufel reden, auf eine andere Deutung drehet. Wie mich denn auch ein gelehrter und glaubwürdiger Mann, welcher viel Iahre mit* Beckern *gemeinsam umgegangen, versichern wollen, daß er in der That keine Teufel glaube, und nur aus Furcht vor Menschen solche Meinung œffentlich zu behaupten, bisher unterlassen:* inquit et refert ZACHAR. GRAPIVS in *System. nouissimar. controuersiar.* Tom. II. Cap. III. Qu. VIIII. §. 2. pag. 84. et 85. Confer. *Commentat. 2. de existentia daemonum*, CHRIST. BREITHAVPTI §. 1. pag. 2. (c).

o) §. XII. pag. 42. Diss. SEMLERI.

p) ABR. CALOVIVS in *System. locor. theologicor.* Tom. IV. Art. I. Cap. IIII. in quaest. I. *an dentur daemones?* pag. 348. hisce adnumerat *Libertinos* et *Anabaptistas* nonnullos. Ne vero quis, quod statim fieri posset ab inuidis et laude dolentibus aliena, hisce er talibus nostris abutatur exemplis; scopum velim, vt consideret nostrum, repetatque, quae pag. 9. seq. *Prooem.* diximus *prioris nostrae dissertationis.*

§. XXXXVIIII.

Quid contra SEMLERI Cel. Explicationem monendum sit, si parallelismus realis spectetur.

Ex his, quae disputauimus, intelligi quoque poterit, quae sit interpretatio, et qualem de obsessis dederit Theologus Halensis, si illa conferatur cum aliis sententiis, a viris θεοπνευστοις in medium prolatis, sique, quod dixit de obsessis, ad consequentia et antecedentia referatur. Vt enim supra diximus, cum his concinere et consentire quoque bona, quam dedit quis, interpretatio debebat (§. V.). Sed qui *parallelismum verbalem*, vti loquuntur artium periti, vel negligit, vel, si considerat, ad talem mouet et torquet sensum, quem finxit sibi et ipsemet excogitauit (§. XLI.); qui porro nexum verborum non libere atque inprimis propterea contemplatur, vt, quod significent verba, inueniatur; sed, nolit, velit, in sensum, cuius auctor interpres ipse existit, vi quasi atque minis cogit qui ipsam analogiam fidei non curat atque negligit: (§. XLVII. et XLVIII.) quid, quaeso! nunc de *contextu* cogitabis, quid de *parallelismo reali* verborum, quem, vt interpres summa cura animaduertat, volunt praecipiuntque omnes doctores? Habebis nunc quidem sensum verborum, a nexu illorum atque a parallelismo reali non vehementer abhorrentem; sed non, quem volunt prudentissimi artis interpretandi doctores *q*), deriuatum ex dictis atque sententiis aliis, ab auctore prolatis, non vltro atque sponte venientem. Non repugnarem, illum si certis quibusdam destinatisque sententiis addictum atque quasi consecratum velles nominare: si diceres, illum a tali forte profectum esse philosopho atque scriptore, qui ea est constrictus necessitate, vt etiam, quae non probare possit, ea cogatur systematis caussa atque opinionis, quam semel arripuerit, defendere *r*).

§. L.

q) IO. IAC. RAMBACHIVS Lib. II. Cap. VII. §. 13. pag. 282. seq. Confer. Cap. V. §. VIII. pag. 213. et pag. 216. et HENR. MVHLIVS in *apodixi scripturaria*, pag. 102. et pag. 104.

r) Praeter ea exempla, quae supra sunt a nobis producta rei huius tristissima atque luculentissima [§. XXXXI. (*m*)], de eo, quod in Viro Cel. et eius

§. L.

Vt igitur de omnibus actum a nobis fuerit iis, quorum disquisitionem, supra statuimus, vtilem fore immo quoque necessariam iudicauimus: supereſt, vt ſcopum nunc quoque atque occaſionem de daemoniacis ſcribendi in euangeliis, illudque, quod SEMLERVS Cel. de iſtis iudicauit atque docuit, inter ſe diligentiſſime conferamus. Itaque quod ad finem attinet et datam euangeliſtis occaſionem de obſeſſis agendi: idem ille quidem mihi videtur, atque ipſorum fuit inprimis miraculorum, quibus hos miſeros ſanabat olim benigniſ- *An fini atque ſcopo conueniens ſit*

 ſimus

eius obſeſſis omnes nobiscum reprehenſuri ſunt rerum diuinarum aeſtimatores, teſtari quoque haecce poterit Marci et Lucae oratio, quam voluit §. VIIII. pag. 29. ſeq. *Diſſertat.* ire *in margine* illuſtratum. *Hic*, inquit, *iam ad id reſpiciendum, quod Marc. I, 34. Cap. III, 11. 12. Luc. IIII, 41. dicitur, daemonia ſciuiſſe, hunc Ieſum eſſe Chriſtum ſeu exſpectatum liberatorem; et Ieſum ſilentium eis impoſuiſſe, ne ipſum manifeſtarent. Haec oratio eſt omnino illorum temporum et hominum, non* καθολικη. *Ideo vetat Chriſtus teſtimonium de ſe diabolicum, quia Iudaei omni iure illud reiicere poterant. Per diabolum enim nemo vmquam de veritate theologica poterat aut debebat conuinci. Atque excuſanda a nobis eſt Chryſoſtomi et quorundam aliorum rhetoricatio, qui daemonas diuinitatis Chriſti praecones dixerant. Pſeudopropheta et* πνευμα ακαθαρτον *eſt Iudaeis, auctore ſententiae Deo, idem; nec ea, quae daemonizomeni, in hoc ſtatu loquuntur, poſſunt ad ipſam religionem et eius cauſſam recte trahi. Inquiramus autem in hanc ſententiam: daemones ſciebant, Ieſum eſſe Chriſtum, filium dei, ipſe autem vetuit, hoc ab iis prodi. Occupemus, diabolos* κατ υποσασιν *adeſſe et hoc prodere. Non adſunt niſi iuſſu dei peculiari; et ob rationem cum conſilio miſſionis Chriſti coniunctam, vt huius veritatem et auctoritatem claris experimentis ſummi in ipſos imperii ad homines adiuuarent. Itaque ipſi conuicti erant; Ieſum eſſe Chriſtum; cum ſint ad mendacium et fraudem omnino compoſiti, lubenter et ex ſtudio in deum aut homines, hanc Ieſu laudem et auctoritatem non confitentur; ergo coacti, et contra voluntatem ſolitam id produnt. Cogi non poterant, niſi per gubernationem et imperium dei. Tamen a Ieſu ipſo, noua et contraria auctoritate, hoc profiteri vetantur. Adparet igitur, hic ineſſe difficultatem non leuem, cuius explicationem nemo iam poterit pro inutili aut temeraria habere. Ergo interea, dum meliora*

docear,

simus noster optimusque saluator. Verum enim vero fine et scopo hocce concesso rerum, quae circa daemoniacos gestae sunt olim, dicendarum, dataque sacris scriptoribus tali narrandi agendique de obsessis occasione: contra finem quidem ipsum, nil video, quid dici queat, istis perpetrandis et recensendis factis a Viro Cel. praefixum: in primis, si ab vnico discedam huius scopi membro s). Duplicem enim concessit talem. Alter, de quo hic agi praecipue debet, his maxime in

docear, in eam sententiam pendeo, haec dici ex vulgata hominum opinione, quia daemones longe plura scire, quam homines, credebantur. Ψευδοπροφητης et πνευμα ακαθαρτον *Iudaeis est idem, vt vidimus ex loco Zachariae (§. cit.). Quidam horum* δαιμονιζομενων *simul prophetas agebant, seu de mutatione rerum Iudaicarum sermones habere solebant. De Iesu multi iam diu rumores erant, inde ab ipso nato, angelorum etiam testimonium nacto. Nec Iesus sine sociis suis venire solebat, et saepe non sine multitudine aliorum. Itaque poterat facile contingere, vt huius generis homo, qui de religionis et reipublicae conditione meliore solebat in isto statu emotae mentis loqui, talem orationem habuerit. Eius generis est illa oratio, rogabant, vt ne ex illa regione eiicerentur; et venisti nos* βασανιζειν *ante tempus. Si sunt sermones diabolorum; tamen sunt fundati et iuncti in solita opinantium hominum serie et consuetudine: atque, si id sit, non possunt euadere sententiae simpliciter theologicae.* Videsne igitur omnia Cel. Virum in eam potestatem cogentem, quam dedit daemoniacis, non ipse inuenit in scripturis!

s) Dicit enim: *Iesus eiicit daemones, ex daemoniacis, quoticunque ad eum ducuntur; profecto non eo consilio, vt discipuli et Christiani inde quasi diuinitus, statuerent, daemones ipsis adhuc eodem modo timendos aut experiundos esse.* §. XII. pag. 42. Confer. §. I. pag. 2. (1) *Dissertat.* SEMLER. Quod Viro Cel. lubenter reddet quiuis nobiscum! recte sentientium Theologorum. Opinio enim produxit id! nondum satis probata, quam de obsessis adoptauit: Ortum est illud porro ex hisce, quae propria quasi SEMLERO Cel. sunt, *Fuit tum materia miraculi edendi; sed secutis temporibus nulla erant, quia cessauerat materia illa,* §. X. pag. 37. *Dissert.* SEMLERI Cel. Itaque legat, quicquid in nostro *Systemate theolog. moralis*, sub titulo: *SittenLehre IEsu* edito in lucem, Part. I. Sect. II. Cap. I. tract. II. §. 132 - 134. pag. 124. seq. commentati sumus, si, quid *de materia miraculi edendi, secutis Christi temporibus prorsus cessante* Theologi sentiant, rectius sentientes, nosse forte cupit SEMLERVS Cel.

in verbis latet Cel. Viri: Per *τα σημεια et facta Iesu dictis salubribus fidem ei auctoritatem conciliauit. - - Cuncta Iesu miracula ideoque eiectorum quoque daemoniorum eo pertinebant, vt fides singularis et nouae personae, quam gerebat, ad homines longe optimo sufficientique modo fieret. - - Eiicit Iesus daemones, ex daemoniacis, quotiquique ad eum ducuntur, et id consilio quidem hoc fecit, vt ex ingentibus beneficiis ac miraculis fidem iam ipsi haberent, viam ad agnoscendum colendumque εν πνευματι deum monstranti. - - Iesu Christi vniuersa prouincia fuit μυστηριον ratione vniuersi, quod propositum erat, consilii, quod iam demum, vbi res eius gestae cunctae satis considerari poterant, patere melius incipiebat* t). Et quem finem Vir Cel. deinde atque etiam tribuit saluatori, daemones ex daemoniacis eiicienti, illum habebis, si ea, quae sequuntur, verba contemplari atque considerare velis: *Itaque licet* WETSTENIO *nondum adsentiar, qui Theologorum sententiam omnino reiicit, qui statuunt, Dei permissu haec ita contigisse, vt Christus eo ampliorem rectius docendi haberet materiam atque auctoritatem, quippe quod vix et considerate dictum illi videtur: tamen partem huius sententiae, quam* WETSTENIVS *fert, et ipsi amplectimur, minime tam multos homines singulari quadam Diaboli ipsius operatione male habitos fuisse, multos potius dici solitos esse daemoniacos ex vulgata ita opinantium consuetudine. Paucos autem, vt ceteri homines inueteratam istam superstitionem omnino abiicerent, forte nouo atque antea inaudito mali vehementis genere a diabolo vexatos fuisse, vt et adpareat, aduersus Sadducaeorum errorem, quam distaret veritas tanti mali a vana opinatione. = = Scimus, τα σημεια et facta Iesu eo consilio narrata et scriptis tradita fuisse, vt inde constaret, eum esse locupletissimum verae religionis abiiciendaeque superstitionis et molestae sedulitatis, doctorem. = = Iudaei et Graeci*

t) §. VIIII. pag. 25. §. X. pag. 37. §. XII. pag. 42. §. XIII. pag. 46. *Diff.* Cel. SEMLERI.

opinionibus de daemonibus ſeque et alios impleuerant; Sadducaei daemonum maleficia non ſolum, ſed et angelos bonos, miniſtros, negabant: vtrique de errore peſtifero, illi ſuperſtitionis, hi mechaniſmi fatalis, conuincendi erant! - - Iam cum Ieſus longe meliorem religionem ſub iſta tempora ad omnes homines confirmatum iret: opus erat, vt et Iudaeorum et Graecorum grandes aberrationes per eam arguerentur. Argui autem poterant partim per doctrinam, partim per facta Ieſu Chriſti. Plerique autem omnes iuſto amplius de malorum ſpirituum imperio ſtatuebant; quidam alii iuſto opinabantur minus, religionis rationes et alia adiumenta cuncta reiicientes, niſi quae ab vnoquoque pro ſuarum rerum conditione diuerſa vltro reperiri ſolerent. Cum vterque hic mentis error bonam religionem iniuria aequali publice euerteret: facile intelligi poteſt, ſingulare quoddam Dei conſilium hic tum locum habere potuiſſe. - Itaque partim per narratas Ieſu Chriſti doctrinas, partim per eius res geſtas, hominum ſiue ſuperſtitio, ſiue ſegnities et torpor moralis, pro varia errantium conditione, corrigi poterat. - - Eiicit Ieſus daemones, ex daemoniacis, quotiquique ad eum ducuntur; profecto non alio conſilio, quam vt, omiſſa falſa religionis indole, quae non erat libera, nec ad hominum aliorum vtilitatem deique maiorem gloriam compoſita, ſuos diſcipulos atque Chriſtianos a Phariſaeorum, Sadducaeorum, et peruerſorum omnium hominum contrariis ſtudiis et conſuetudinibus abduceret u).

§. LI.

ea explicatio obſeſſorum,

Sed quod in dubium plures nobiscum forte vocabunt, id erit, his finibus quoque aptam eſſe, vt ius et fas eſt, obſeſſorum expoſitionem, in qua Vir Cel. periclitatus. Quam ob rem primo *poſtremum* ſume finem; et vel ex iis, quae ſupra in medio poſuimus, cognoſces et animaduertes, ſi fieri potuerit alterum profecto, id eſt, ſi corrigi ſegnities atque ſuperſtitio Grae-

u) §. I. pag. 1. 2. (1). §. VIIII. pag. 25. §. XI. pag. 38. 39. §. XII. pag. 42. *Diſſ.* SEMLERI.

Graecorum atque Iudaeorum, certe non potuiſſe alterum miraculis et factis iſtis, id eſt, conuinci Sadducaeos de ſuo mechaniſmo fatali! (§. XXXI. (n) et §. XLVII. et XLVIII.).

Vel ſi non patet ex his, ſic Ieſum, SEMLERO Cel. quidem interprete, contra daemones ſuis factis atque miraculis diſputaſſe, vt, quicquid de angelis ſacra ſcriptura praecepit, ille videatur quodam modo labefactaſſe: ſaltem clarum et certum erit, ſi ea, quae ſequuntur, iudicia et verba SEMLERI Cel. quis contempletur: *Id quidem ad rem chriſtianam nihil omnino facit, ſiue arbitrentur homines, ſpiritus infeſtos, qui olim incerta hominum opinione rebus humanis cunctis facile immiſcebantur, hodieque hic ibi corpora hominum pecudum etc. inuadere; ſiue negent, id hodie contingere. - - Miraculum eiectorum daemoniorum vtcumque eius ipſa quaſi materia circa quam deſignetur, non eſt eiusmodi, vt conuicti eſſe poſſimus, exiſtere vmquam, poſt luculenter amplificatam Ieſu Chriſti doctrinam, ſimilem conditionem et ſtatum rerum, vt Deus daemonibus operationes in corporeas noſtras res permittere aut iubere poſſit. Facile confitere me poſſe, confido, numquam ad nos ſatis conſtare, poſt illa naſcentis religionis chriſtianae tempora, diabolum homines obſediſſe, in corpore κατ' ὑποστασιν, praeſentem, quod nec antea contigiſſe, ex vllo documento certo ſcimus. - - Contra ſcire poſſumus, hodie nullas diaboli operationes ſupereſſe. - - De diaboli perpetuis in terra negotiis et maleficiis ſententiam claram et in dubiam tulit nullam Ieſus; factis autem et rebus ſuis geſtis inſtitutoque id procurauit, vt nullibi daemones amplius eſſe crederentur* x). Si iam non vides, SEMLERO Cel. oraculorum et vaticiniorum explanatore, Ieſum ſe magis ad eos inclinaſſe, qui iuſto opinabantur minus de ſpirituum imperio malorum, quam iſtis eorumque errori reſtitiſſe: ſi nondum tibi ipſi, lector! videtur Cel. SEMLERVS verbis quidem angelos reliquiſſe malignos, re autem de iſtis earumque operationibus parum credidiſſe.

x) §. II. pag. 3. 4. §. X. pag. 37. §. XI. pag. 41. §. XII. pag. 42. *Diſſert.* SEMLERI.

didisse: si amplius est, quod impedit te, quo minus *scepticismum* intelligas *exegeticum*, quem prodit suis obsessis Cel. SEMLERVS (§. XLVII.): si nondum sentis, eam, quam dedit Vir Cel. de malo angelorum malorum ingenio, notionem; et eam, quam viri θεοπνευστοι, 1 Petr. 5, 8. Ephes. 6, 11. 17. etc. *y*) tradiderunt, non optime consistere, interque se conciliari aegerrime posse: nil vides, lector! omnino, nil sentis, et dubito, fore, vt quid sit, quod vmquam a te forte intelligatur. Cur enim in omnibus quasi compendiis nostri praecciperent theologi de inuidia in hominum felicitatem angelorum malignorum: cur triplicem illum vsum commendarent, *adhortatorium*, dicam, *dehortatorium* atque *consolatorium*, quem tribuunt doctrinae de perpetuis in hoc mundo operationibus diabolorum *z*): cur alias facile et ipsam diaboli existentiam, putarent, forte negari posse *a*): si non in nostris quoque diebus atque temporibus fieri posset, vt, quemadmodum angeli boni nos homines liberare a variis malorum generibus possunt, eodem modo nos mali etiam daemones turbare atque impedire possent? Vicimus autem, si vides, quos reliquerit SEMLERVS Cel. obsessos, quidue de Iesu mira-

y) Quum nullum detur in toto sacro codice effatum de diabolo et angelis malignis, quod saltem non conetur ipse BALTH. BECKERVS, si vere fieri nequit, trahere in suam de daemonibus sententiam erroneam; (§. XII.) inuectus est audaciſsimus homo quoque in talia effata de operationibus diabolorum humano generi adhuc infestis. Lib. I. mund. fasc. cap. XXXI. §. 20. pag. 225. Quemadmodum autem in aliis ZACHAR. GRAPIVS pro nostra religione strenue pugnauit: [Vid. Summe Ven. nostri WALCHII *Biblioth. theol.* Tom. I. Cap. V. Sect. IIII. §. II. pag. 651. seq.] sic fortiter etiam hisce conatibus BECKERI restitit ille infeliciſsimis. Tom. I. Cap. III. quaest. VIIII. §. III. pag. 87. *Theol. recens controuers.*

z) Praeter *BAVMGARTENS dogmatischer Gottesgelahrheit*, quam quis in hacce caussa consulere potest, ille legere etiam CALOVIVM Tom. IIII. poterit *Syst. Loc. Theol.* Art. I. Cap. III. pag. 340. seq.

a) Certe ZACHAR. GRAPIVS loc. cit. ex hoc, quod sequeretur, consectario falso, concludit, *Angelorum malorum et daemonis, licet et in inferno sit, tamen nihilominus in hoc mundo dari operationes.*

miraculis ſtatuendum, quibus iſtos miſeros olim liberauit. Id enim volumus, id contendimus, [vt viam SEMLERVS non mediam tenuerit, vt, ſuperſtitionem correcturus, quae multos in cauſſa obſeſſorum occuparit, labefactauerit totam cauſſam, cur ſpiritus maligni atque a nobis diuerſi credantur *b*).

§. LII.

Et ſic ſentio quoque de altero ſcopo atque de fine primario, quem dedit hiſtoriae obſeſſorum (§. L.). Et quamquam Vir Cel. primum omnium ſtatuat, totusque quaſi et omnis fuerit in eo, vt nobis perſuaderet: *miraculis ipſis, et rerum patratarum magnitudini decedere omnino nihil, ſi vel maxime recentiorum quorumdam illa opinio vincat, qui daemonia, morborum infeſta genera, et aliud nihil per hoc Iudaeis aliisque vſitatum loquendi genus, intelligere iubent:* et aliis quoque pluribus locis fidem facere ſuis omnibus voluerit lectoribus: *miraculi et naturam et magnitudinem nihil immutari, ſiue vehementiorum genus morborum, naturale et non inuſitatum, licet rarius, a Ieſu diuinitus, et extra omne naturalium ſubſidiorum remedium, procuratum ſit; ſiue illi homines ſpiritualium ſubſtantiarum inaudito antea maleficio vexati fuerint: et parem manere tamen vtrimque rationem cognoſcendorum miraculorum Ieſu et obſequendi ipſius doctrinis, ſi Iudaei et Graeci multi pro cetero plerorumque intelligendi et cognoſcendi illius temporis modo, daemonum tot maleficia exiſtere arbitrati ſunt, quae inter nos hodie multi arbitrari non poſſunt c)*: tamen iudico, ipſius doctrinam eiusmodi eſſe, vt, ſi valeret, in omnibus illa de miraculis

quam dedit nobis Theologus Halenſis.

b) Ergo noſtri Theologi ſi nihil fuit, quod diſcere potuerint apud SEMLERVM Celeb. inprimis certe ex hactenus luſtratis a nobis fundamentis ipſius, *quales* fuerint, nunc habent atque ſciunt, cumque quibus aduerſariis, olim a Chriſto refutatis, collegerint, Theologi, et Chriſti et ſecutis etiam temporibus, daemones, qui neque hominis anima, neque morborum genus infeſtum fuerunt, in obſeſſis ſtatuentes. Confer. §. XLVII. et XLVIII. huius atque *prooem.* pag. 12. et 13. prioris noſtr. *Diſſertat.*

c) §. II. pag. 3. §. XIII. pag. 45. *Diſſert.* SEMLERI Cel.

culis nonnihil detraheretur, fidesque in Christum non parum vacillaret. Maiora enim miracula fiunt, et sic maior etiam fides in Christum, Deum et hominem nostrum, si effectus, in quo consistit miraculum, praeclarior fit et maior. Maior fit autem et magis singularis, si daemon, quem eiicit Iesus ex obsesso, maior fit atque praeclarior sua natura spiritus finitus. Fit autem id, vt nobis quidem et omnibus videbitur, qui vbique sunt, qui theses sciunt Theologorum, si spiritus, qui numquam hominis anima fuit, in obsessis cogitatur *d*). Ac fieri potest, vt errem. Sed ita prorsus existimo. Nec vagam atque errantem nostram hanc reddere sententiam sequentia potuerunt verba et adseuerationes, quibus Vir Cel. adfirmat: *Vtrum isti daemoniaci fuerint a substantia quadam spirituali male habiti, an vero illi tum homines de daemonibus multa falsa crediderint, non facit ad credendum, Iesum esse Christum, auctorem salutis humanae. Ex miraculis eius haec fides existit; hoc si semel homines credunt, iam et illud sciunt, si maxime fuerit olim tanta potestas daemonum, tamen se ex illa exiisse. Si vero homines intelligere sibi videantur, tales daemones, ac tum credebantur* ολως *non esse: Iesum nihilo tamen minus pro auctore salutis et crescentis de deo cognitionis melioris habebunt e*).

§. LIII.

d) Ex innumeris omnibusque, qui citari possunt, Theologis, suos, quos angelos defendunt, pro talibus habentibus spiritibus, qui longe sunt perfectiores animabus hominum rationalibus, vel suo etiam corpore solutis, GVNNERVM Summe Vener. lege in *Institutionib. theolog. dogmat.* Art. II. Sect. II. Medit. II. §. 93. n. II. (B.) pag. 392. seq. Confer. §. 105. pag. 417. et §. 113. not. 2. pag. 431.

e) §. XIII. pag. 46. *Dissertat.* SEMLER. Caeterum vero, vt videat Vir Cel. fidem in Christum re vera nullum ex sua de daemonibus doctrina lucrum et commodum facere; illum etiam mittere ad MOSHEMIVM possum, supra in hacce caussa laudandum: (§. XXXI. (n) pag. 51. seq.) ire ad ea, quae proxime antecedunt, potest (§. XXXVI. XXXVII. etc.); perpendet non sine fructu haecce GRAPII cogitata: *Si nulla diaboli hoc in mundo detur operatio, nihilominus tamen opinio illa hominum de eadem, quae semper in mundo fuit adeo periculosa sit, vt, quem*

§. LIII.

Ita nunc defendi, vt potui quidem, cauſſam obſeſſo- *Finis*
rum, quae omnium erat rectius ſentientium docentiumque noſtrorum Theologorum. Reſpondi ad ea momenta, quae ipſe Vir Cel. notauit futurae cuiusdam refutationis. 1) Oſtendi Cel. Viro *rationem, vnde intelligere poſſit, notionem* δαιμονιϱ, δαιμονος *inter Iudaeos et Graecos tempore Chriſti non inuoluiſſe hoc, vt anima demortui daemon eſſe crederetur, eosque homines, qui dicunt, habet ille daemonem, non opinatos fuiſſe, animam mortui cuiusdam impedire et turbare animam viuentis rationalem* (§. XXII.). 2) Indicaui Theologo Halenſi *ſacrae ſcripturae certam auctoritatem, quae, ſi non ſemper expreſſo atque explicito ſermone dei aut prophetae aut Chriſti, certe id tacite atque implicite, vere tamen, eloquatur, ea, quae Iudaei illo tempore de diabolo et malis angelis ſolebant Theologis cum noſtris opinari, eſſe omnia vera, et homines omnes omni tempore, niſi Deum teſtem refugiant, debere adfirmare et ſentire eadem omnia* (§. XXXI.). 3) Docui, *Deum aut Chriſtum reuelaſſe ipſum, (atque id neceſſarium fuiſſe ob*

quemadmodum BECKERVS *vult, tantum detrahat honori Dei, procul dubio, vel in vno aliquo loco ſpiritus ſancti id indicaſſet:* loc. citat. pag. 88. nec poenitebit tandem, ſequentia legiſſe, quae vidimus in 235. *Th.* pag. 488. ſeq. *der teutſchen* Actorum Eruditorum: *Nach ſeinem* [Auctoris, cui ſcriptum, ibi diiudicatum: *Traité ſur les Demoniaques, dont il eſt parlé dans le Nouueau Teſtament,* tribuerunt] *Erachten verliehret der chriſtliche Glaube nichts dabey, man mag entweder dieſe oder jene Meinung von Beſeſſenen annehmen, weil man bey ieder von beyden einräumet, daß ein kranker Menſch von Chriſto geſund gemacht worden, und alſo dem Beweiſe vor die Wahrheit des chriſtlichen Glaubens, den man von dieſem Wunderwerke hernimmt, nicht das geringſte von ſeiner Stärke abgehet: indem das Wunderwerk gleich groß iſt, einen Menſchen von einer angebohrnen eingewurzelten unheilbaren Krankheit auf der Stelle zu befreyen, oder einen ihn beſitzenden Teufel auszutreiben* (*). *Uns* (autem monent auctores ſolidiſſime horum actorum) *hat es nicht wenig befremdet, daß die Gegner des Verfaſſers dieſes Vorgeben deſſelben, ohne einige Erinnerung dagegen zu thun, ſo hingehen laſſen. Es iſt ia*

nicht

consilium Dei) *Euangelistis veritatem internam illorum euentuum, quibus interdum homines solebant a Deo remotissimi ad corrumpendam et opprimendam bonam religionem, citra culpam tamen Dei, daemones immiscere.* 4) Excussa denique haec est caussa: *si semper satis constitutum fuit, Deum in scriptura ipsum adfirmasse, diabolum, aut spiritus malos re vera in homines viuentes* κατ' ὑποστασιν *ingressos fuisse, sicut quoque scimus, angelum quemdam bonum alicubi id fecisse, vnde tandem omnes fere tum homines certi fuerint de hac atrocitate?* §. XXXI. etc. *Et si id non ex hominum ipsorum tum ita credi coepit iudicio et comparatione; cur neque liceat aliis hominibus eodem iure vti, et sententiam, quae negat, ferre, si quaestio forte oritur: vtrum* δαιμονιζομενοι *in se habuerint vere substantiam olim malignam spiritualem f)?*

§. LIII.

nicht leicht auszumachen, welche Krankheiten schlechterdings unmœglich zu heilen sind, indem oft geschickte Aerzte etwas ausgeführet, was andere, die weniger Erfahrung als sie gehabt, vor unmœglich ausgeschrien, oder auch die Natur selbst sich oft auf eine ganz ungewöhnliche Weise geholfen. Derowegen würde es sehr zweydeutig werden, ob ein Kranker durch ein Wunderwerk, oder geschickte Anwendung der in der Natur verborgen liegenden und nicht jedermann bekannten Kræfte genesen. Mithin kœnnte niemand mit genugsamer Versicherung sagen, ob bey Heilung einer Krankheit ein Wunderwerk vorgegangen, oder nicht. Wenn im Gegentheil der Teufel, auf erhaltenen Befehl, sogleich von einem Besessenen weichen muss, so ist es gewiss, dass er durch keine natürliche Kræfte besieget worden. Wir wollen so viel sagen, die Heilung einer jeden Krankheit ist nicht nothwendig ein Wunderwerk, wohl aber die Austreibung des Teufels. Und demnach verliehret allerdings der Grund, welchen man von solchem Wunderwerk hernimmt, um die Wahrheit des christlichen Glaubens zu bestætigen, sehr viel von seiner Stærke, wenn man die Erlœsung eines Besessenen für eine blosse Heilung einer für unheilbar gehaltenen Krankheit ausgiebt. Forte hoc scriptum SEMLERVS cel. quoque vidit. Confer. *prooem. nostr. diss. pag.* 12.

f) Non is sum ego, qui tam ingratus sit, vt scripta, velit, diffiteri Theologorum ipsi in caussa maximum attulisse adiumentum. Arbitrentur, nostra qui legent, concedam illis, multum et ad dicendum et ad iudicandum nos adeptos. Magis id, crederem, mihi honorificum fore, quam velle inprimis

§. LIIII.

Sed quod optaui (§. II.), non illud potui impetrare. Antequam enim potueram alteram ad finem perducere, quam in manibus habebam, dissertationem, iam lucem adspexerat *D. IOH. SALOMO SEMLERS umstaendliche Untersuchung der Daemonischen Leute oder so genannten Besessenen nebst Beantwortung einiger Angriffe*, et in hoc scripto simul *ein Auszug und Beantwortung der ienaischen Disputation*. Facilius enim talibus praesertim de rebus, quid non sentimus, quam quid sentimus, dicere possumus. Non ignorabam, me congredi cum duro atque acerrimo disputatore (§. XLVII. et XLVIII.) *g*). At a me tamen vix poteram impetrare, vt crederem, in illo talem futurum, qualem expertus nunc vere sum in illo. Quid dicam? Curque speraui, fieri illum leniorem, quum eo huius viri durities asperitasque procedere potuerit, vt ferre non potuerit, si, quas ad nos mittere voluit litteras, (§. IIII.) (d), vel eas audiuit, nos *humanas* vocauisse. Quod quamuis sit incredibile auditu, id certo illum feciſſe, tamen scimus. Caeterum tantum abest, vt me poeniteat, rem Viri Cel. modeste atque humaniter diiudicasse, quod omnes dicunt, qui nostra legerunt, vt totum confecerim eodem modo negotium meum. Porro, quis crederet, fore Virum Cel. vel tum spinosum atque subtilem, quum: *vtinam ne in memore!* legerit pro: *vtinam ne in nemore!* in nostra dissertatione? Vel, si ab aduersario discedas locuplete quidem oratione rebusque autem ieiuniore, quem, dicas, offenderet haecce, qua vsi sumus, formula loquendi: *testes*, inquam, *nunc formare*? Cuius generis innumera leguntur *in dem Auszug und Beantwortung der Jenaischen Disputation*, ad virum, qualem veneror in Cel. SEMLERO, eiusque grauitatem parum apta atque congruentia. *Deinde*, si vel fuit, quod rem et causſam

huius dissertationis.

primis eorum praeceptis institutisque abundare, qui toti quasi suspecti, et id de fide quidem puriori, Theologis videntur. §. XXII. (*u*) et §. XXXI. XXXIII. etc. Confer. §. V. nostr. 1. dissertat.

g) Vid. pag. 12. 13. prooem. nostr. 1. dissertat.

cauſſam attingere videbatur, inter nos controuerſam; ab illis non diuerſa erant, ad quae, quia leuiſſima erant, breuiter iam ſupra atque in antecedentibus reſpondi (§. XXII. (u). Ad haec *tandem* et illud accedit, SEMLERVM Cel. ſi vel totum concedatur, vt aiunt Doctores artis diſputandi, argumentum, nil certe, niſi primum probaſſe, quod pertinet ad hermeneuticam veritatem, id eſt, vocabulum Δαιμων, in ſe ſpectatum, illud, quod credit SEMLERVS, indicare poſſe (§. V.). Qua propter conſilium primo prorſus abieci, ad ea reſpondendi, quae ſcripſit atque monuit contra diſſertationem meam SEMLERVS Cel. At ſtatui nunc nihilominus cum animo meo, vt reſponderem. Sunt, qui verborum inanium conturbantur flumine. Non dantur ſemper beneuoli aequique iudices atque lectores. Nec conuenit, rem tantam tamque grauem inchoatam relinquere. Sentiat denique, neceſſe eſt, SEMLERVS Cel. paullumper, ſe multis ſummaque ſaepe fidentia prolatis verbis ne hilum quidem dixiſſe. En cauſſas, propter quas me nihilominus, tum tamen demum promptiſſimum ad pugnam continuandam habebit Cel. SEMLERVS, quum videro, quid dixerit quoque de altera, quam ſcripſimus, nunc diſſertatione!

NONNVLLA CORRIGENDA:

Pag. 12. n) loco Pſychiologico lege Pſychologico. pag. 21. in notis loco vt iudex virum etc. lege virorum. pag. 29. §. XVIII. linea 3. loco nouas lege nouae. pag. 38. §. XXIIII. linea II. loco genetim lege generatim. Eadem pag. §. XXV. lin. penultima, loco demonem lege daemonem. pag. 44. in notis loco aique lege atque. pag. 53. in notis loco *ab is* lege ab iis. pag. 58. in notis loco noueau lege nouueau. pag. 71. in notis loco Marc. I, v. 28. lege Marc. I, v. 23. pag. 72. in notis λεγεῶνα pro λεγωνα. Eadem pag. volonté pro volonte. pag. 73. in notis loco quarumque id ratione ſit; lege quacunque etc. pag. 75. loco ſtamen lege tamen. pag. 77. in notis loco deſiderebantur lege deſiderabantur. pag. 77. in notis loco proprior lege propior.